minem adeũt,audirique ſigillatim,ſemotiſque arbitris ab eo poſtulant. Verum is corporis fatigationem cauſatus eſt,vt pote,qui obeſus & ſaginatus,ad multam diem turbę immixtus radiente ſole conſtiterat. Quippe ob populi frequentiam ſub diuo celebrari ſacra opportuerat. His igitur de cauſis adveſpertinam horam audientiã reiecit,quã illi in æde Diui Dñici ieiuni patiẽter expectarunt,quãuis reficere interim corpora,& redire facile potuiſſent,tñ illis ierat cõueniẽdi homis ſtudiũ. Celebrato itaque veſperorum officio redeuntes,maiore cum inſtantia rurſus loquendi poteſtatem ſibi fieri maxima cũ humilitate petierunt. Ille vero,vt eſt vir,tum genere & animo nobilis,tum vero miti humanoque ingenio. Interrogauit an ieiuni in illam horam expectaſſent. quibus id affirmantibus,illorum patientiam admiratus,ſimul & miſeratus,ſuamque ipſius tarditatem accuſans, benigne vtrumque ſeparatim audiuit qui non ſine magna animi anxietate,atque anguſtia profuſiſque lachrymis reatum ſuum agnoſcentes,quod illius damnatę ſectę per annos complures erroribus ſeducti fuiſſent. libera poſtmodum voce ſunt profeſſi,ſeque dum Archiepiſcopi eorum miſſam eo die audirent,cerimoniaſque attente cõſpicerent,cõpunctos corde fuiſſe liquidoque deprehendiſſe,hanc vnam eſſe ſanctam catholicam eccleſiam cuius ritum põtifex ipſe,& clerus Taurinenſis obſeruabant. Valdẽſium vero dogmata falſa atque inania a Chriſtiana religione longe abeſſe. Propterea orare atque obteſtari hominem(vt pote qui hęreticorum abſoluendorum poteſtatem haberet) vt pro tanti ſceleris grauitate penitentia indicta culpam relaxaret paratos vero eſſe ſe omnia facere quæ ille iuſſiſſet, Quos ille pater



na pietate,charitateque eſſe complexus atque conſolatus abſolutos,& in fide cõfirmatos dimiſit. Talibus itaque pręſagijs a deo prouocatus,tantiſque occaſionibus in ipſo pontificalis officij exordio mihi oblatus maxima ſpe,atque fiducia,negotium quamuis arduũ aggredi conſtitui,quod non multo poſt,forti,conſtantique animoſum aggreſſus,in eius pręſertim ope fiduciam omnem reponens,qui ad prophetã dixit. Poſui verba mea in ore tuo,& in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes celos,& fundes terram,& ad diſcipulos ſuos,quorum nos licet indigniſſimi,locum occupamus, potius quam obtinemus. Ego enim dabo vobis os,& ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere,& contradicere omnes aduerſarij veſtri. Tanta igitur oblata occaſione,totque vrgentibus ſtimulis obſeruato tempore,rebuſque per mẽſes aliquot exploratis,atque diſpoſitis,ſpe,fideque pleni ad ipſa loca noſtris anteceſſoribus maxima ex parte (vt diximus)inacceſſa. Deo authore profecti ſumus, & ab his ſupra expectationem benigniſſime excepti. Ita vt nullum,neque humilitatis,neque obedientiæ officium,ab his hominibus(qui hac infamia maxime laborent)deſiderari potuerit. ☞ Porro in ipſis contionum noſtrarum progreſſibus,eius ſectæ originem ab exordio repetere cœpimus,tum vero cauſas adducere,quæ his hęreſibus,tot iam ſeculis fomentum dedere. Et nunc quoque eorũ aſſertores obſtinarẽt. His nãque cognitis,haud difficile fore arbitrabam⁹ errores ipſos aptiſſimis argumẽtis ratiõibuſque,& authoritatib⁹ cõfutare, Qua i re multo erat difficilius manu ductiles,palpabileſque ratiões, exẽplaque groſſiora,& naturalia ad perſuadendam veritatem afferre,quam Theologicis argumẽtatiõibus dya

modus cõ ueniens ad conuertẽn dos valdẽn

lecticiſque ſophiſmatibus,& ſacrorum eccleſiæ ſanctæ
Doctorum allegationibus inuiti. Quandoquidē apud
rudes & illiteratos homines res agebatur. Quos perſpe
ctum nobis erat, ſi ſermones noſtros non plene caperent
illico contempturos,& ad ſuorum hæreſiarcarum anni-
les fabulas, quas vulgari ſermone ex aliquibus ſacræ ſcri
pturæ locis in ſuam ſententiam detorquent redituros.
Quippe hoc multis experimentis vſu compertum erat,
quum plęrique noſtra etiam memoria diuerſarum reli-
gionum aſſectatores vitæ ſanctitate,& doctrinæ exellē
tia inſignes viri,qui ad eos ob hanc ipſam cauſam ſunt
profecti,accerrimis ſuccique plenis exortationibus,ma-
gna dicendi,tum copia,tum vehementia rem aggreſſi,
tantum abeſt,vt ne quicquam profecerint,vt in fabulā,
& deriſum, tam ipſi quam eorum ſanctiſſimi, caſtiga-
tiſſimique ſermones ab illis ſint habiti,ipſique multo
quam antea facti obſtinatiores.Neque id quidem mirū
talem nāque fructum referunt, qui (vt Saluatoris ver-
bis vtamur)margaritas ſeminant inter porcos, vel vt
Pauli,qui in perſuaſibilibus humanæ ſapientię verbis
gloriam magis propriam quęrunt,quā ſalutem anima-
rum.Nam pręterquam,quod ſubtiles& acutas theologo
rum noſtrorum diſtinctiones reſolutioneſque non capi
unt,quæ doctoribus plęriſque videntur ſub obſcure,ſan
ctorū etiā eccleſiæ doctorū & diuinarū literarū ſcientia
illuſtratorū ſcripta dictaque nihili pēdūt. & ne ipos q-
dē authores(vt pote)Romanę eccleſię quā ipi ipugnāt
aſſertores.Sed ea tm̄ q̄ vel i veteri vel i nouo teſtamēto ſr̄
cōſcripta, vti ad literā iacēt abſque vlla ſana iterp̄tatiōe
admittūt.Igiī iter balbos balbutiēdū fuit,& iter lupos
vlulādū.Neque em̄ aues muſicis cōcētibꝰ capiūr. Sed



ſuo ipſarū garritu. Sues quoque ad conſuium grunitū
cōcurrūt. Proīde ſtudiū noſtrū oē i eo fuit,vt apertiſſi
mis ſacrę ſcripturæ teſtimonijs,& naturalibus (ſicut di
ximus) Rationibus atque argumētis,errores prędictos
manifeſte cōuincerem9. Quod eq̄dē pro tēporis angu-
ſtia,& ꝑſonarū cōditione,Iuxta poſſibilitatē noſtrā fa-
cere conati ſum9. Ita vt noſtri nos inſtituti minime pœ
niteat.Ex eo nanque ſemine incrementū (dante deo) ſi
non centeſimū aut ſexageſimū,certe vel trigeſimū pro
uenire fructum nō deſperamus. ☞ Verum quia ea quæ
vulgari eorū lingua varijs in locis vicatim per regionē
illam procedentes ad horū errorum totiuſque ſectæ eli-
minationē,a nobis expoſita fuere,facile memoria exci-
dēt,hęc ipſa,q̄ ex tēporario & cogitatu & ſermōe protu-
limus maturiore ſtudio ꝑ ociū poſtmodū digeſta. In or
dinem redigenda curauimus,& paruo hoc libello colli-
genda,vt dū a nobis vel alijs apud illos agreſtes hoīes re
memorata fuerint,nulla in eorum mentibus inſuſurrati
erroris ſcintilla remaneat,neque qui ad illos. In fide cō-
tinendos, confirmandoſque poſthac proficiſcentur, In
excogitandis exquirendis ve inutilibus apud eos ratio-
nibꝰ,ſubtilibuſque argumētis in caſſū laborēt. Et ſim-
plices parūque eruditi ſacerdotes (qui eorum regimini
erūt p̄poſiti) doctrinę panē quotidianū habeāt, quē &
ipi māducare & plebibꝰ ſuis frāgere in ſermonis ſimpli
citate poſſint. Quibꝰ vero altiora iueſtigare,& theolo-
gico,ac dyalectico more hoc ꝓſeq ſatius videbiī.hi va
rios tractatus inueniēt magno verborū cōflictu,multo
que vberiore & ꝓfūdiore ſtilo a viris igenio,doctriaque
clariſſis cōpoſitos,quos exercēdis ingenijs, q̄ ꝑſuaden
de huic hoim gn̄i veritati accōmodatiores exiſtimamꝰ

Cauſa ſeu occaſio huiꝰ tra-ctatus cōponēdi.

Horum quippe nonnulli poſteaquã tractatum hunc noſtrum magna ex parte compegimus, ad manus noſtras deuenere. Neque tamen illis perſpectis inſtituti nos noſtri penituit, aut imitãdi ſtilum, ordinemve aſſũptum & ex ea verborũ, & ſententiarũ copia, theologicarũque ſpeculationũ profunditate. ieiunũ, atque informe opus exornãdi, ſuffarciandive cupido inceſſit, quin noſtra tenuitate in hac re contenti, vti rude, & indolatum erat, e ſolib⁹ calẽs ædere malluim⁹, quã alienis plumis, ceu Eſopi coruũ inueſtire (vt pote) quod non eruditis theologis ſed indoctis ſacerdotibus, vti Enchiridion vulgare, & agreſtibus viris, vti ruſticum inſtrumentum ſit deſtinãdum. ☞ Primum igitur (vt ad rem ipſam accedamus) originem ſectæ huius, ea ratione cõmemorare cõuenit vt intelligant omnes non ab alicuius nominis viro proceſſiſſe. Hic etenim qualiſcunque fuerit tam obſcuro loco natus tamque nullius doctrinæ, nulliuſque ęſtimationis fuit, vt ne ipſi quidem eius diſcipuli, palam proferre audeant (vt pote) qui neque vitæ ſanctitate, neque literarum ſcientia, neque virtutum, aut miraculorũ gloria clarus. Hoc ſolo nomine famoſus extitit, quod perniciosiſſimæ. impiiſſimæque ſectæ, ex ſuo nomie vocabulũ indidit. Valdẽſis quippe (vt aiũt) appellabaт̃. & Lugdunenſis vrbis municeps fuit, vnde & prima huius peſtis cõtagio pululauit. ☞ Quãuis nonnulli huius hęreſis aſſertores ad eblãdiendum, apud vulgares & hyſtoriarum ignaros fauorem hanc eorum ſectam Conſtantini magni temporibus a Leone quodam viro Religioſiſſimo initium ſumpſiſſe fabulentur, qui execrata Silueſtri Romanæ Vrbis tunc Pontificis auaricia, & Conſtantini ipſius immoderata largitiõe, paupertatẽ in fidei ſimplicitate ſequi maluit, quam cum Silueſtro pingui opu-

Origo ſectæ.

Confunditur fabula ficti authoris.



lentoque ſacerdotio contaminari. Cui cum omnes, qui de Chriſtiana religione recte ſentiebant, adhęſiſſent. ſub apoſtolorum regula viuentes, hanc per manus ad poſteros verę religionis normam tranſmiſerunt. Quo ſane commento quid poteſt eſſe fabuloſius. Quis eni eſt inter tot ꝓbatos authores Gręcos, & Latinos, qui per id tempus, vel deinceps extitere, qui huius hominis fecerit mentionem, quũ tamen Anthonij Ilarij, cæterorumque ana choritarum, qui præter rerum omniũ humanarum contemptum, arctiſſimam in vaſta ſolitudine vitam egerunt, ſcriptorum diligentia memoria relicta ſit ſempiterna. ☞ Quo vno argumento fit perſpicuũ, nõ a Leone illo, aliove vllius nominis doctrinæ ſanctitatiſque viro. Sed ab hoc ipſo Lugduneñ. Ciue Valdẽſi nomine hæreſem hanc initiũ ſumpſiſſe. Hic nẽpe ſimplicibus & indoctis, tũ viris, tum etiam mulierculis, adulterinis ſacrę ſcripturæ doctrinis, & ſimulata ſub paupertatis ſpecie, ſanctitate in ſuam ſententiam perſuaſis, errores nonnullos ſub nouo religionis prætextu in ea vrbe, viciniſque locis diſſeminare cœpit. Deinde (vt eſt humana inconſtantia nouarum rerum cupida) aucto maiorem ĩ modum aſſectatorum numero, & patefacta hæreſi, Lugduno cum ſuis ſequacibus pulſus, in proxima montana loca pars maxima ſunt delapſi, haud incõgitanter ſperantes quod euentus docuit fore vt ruſticanę plebi inopia rerũ multoque magis ingeniorũ, & doctrinæ. religioniſque laboranti ea facile perſuaderẽt. Quæ pręterquã ꝙ concupiſcibilia eſſent pro ſeſe ratione inſuper aliqua, & authoritatem ſacræ ſcripturæ apud imperitum vulgus approbari haud grauatæ poſſent. Quibus vt ſperauerant, perſuaſis paruo tempore, dum alius ab alio hac ſuperſtitione inficitur, in vlteriores parteſve

Quõ hæc ſecta inualuit & ĩcrementũ habuit.

nenũ paulatim diffũdi cœpit. Si in id quod prædixim⁹ hominũ genus, donec paulatĩ nõnulli alicui⁹ litteraturę viri, Sed aut iãpridẽ de noſtra religiõe male ſentientes aut ſacerdotib⁹ aliqua ex cauſa infenſi ad emulationẽ in uidiãque illorũ huic ſectæ adhęrere cœperunt. ☞ Neque vlceratis maligna cogitatione animis ad ĩpugnãdã veritatẽ, erroreſque defenſandos materia deeſſe potuit. Quãdoquidẽ magnã horũ errorũ partẽ hęreſiarchę cõplures viri alioqui haud indocti, cæterũ fidei orthodoxæ oppugnatores iamdudũ protulerũt. Qui tam et ſi, in ſacris vniuerſalibus concilijs fuerunt damnati, ſuorum tamen ſcriptorum fragmenta, & quod deterius eſt, errorum quoque ſemina in hanc vſque diem manſere maioribuſque, & pernicioſioribus fomenta dedere. Siquidẽ Maomethis ſecta non aliunde quam ex multorum hæreticorum varijs erroribus compoſita eſt. Quę orbis partem (prochdolor) maximam iam inferit indieſque maxime diffunditur. ☞ Sed hi (de quibus loquimur) hęretici non eo ſunt ingenio, neque ea doctrina præditi, vt cum illis conferri vlla ratione poſſint. Nempe ignauũ eſt & beluinum hoc genus hominum, neque ad diſputatiões aptũ, Sed q̃ ſũt cęteris acutiores nõnullas ſuo ſẽſu ex ſacris literis citãt authoritates, nec Sãctorũ doctorũ rñſiones admittũt, verũ cortici literę ĩhęrẽtes q̃cq̃d ad uerſ⁹ eorũ opinionẽ afferr̃ vna rñſione abſoluũt. deprauaſſe ſcilicet, põtifices Romanos cęteroſque ſacerdotes ſuis dogmatibus, & gloſematibus ſacram ſcripturam auariciæ cauſa. Et in rem ſuam conuertiſſe, verumque literæ ſenſum execatos cupiditate peruertiſſe. Rationib⁹ vero ſuis quamuis apertiſſimis in aduerſum argumentis reuincãtur, tenaciter adeo obſtinateque adherent, vt

Oſtẽdit facilitas introducen dę ſectæ ex aliarũ hęreſum cõtagiõe.

Secundo ex ignorãtia authoris & aſſectatorum.



nullis demonſtrationibus, nullaque rei euidentia conuici ſe patiantur. Sacræ etenim Theologiæ, immo & philoſophiæ, identidem principia negantes ad fabulas ſuas (vt apoſtoli verbis vtar) illico cõuertuntur. Contra nos vero etiam noſtrorum doctorum, quibus ipſi alioquin nullam adhibent fidem, ſententias afferunt. Eoque pacto in ſua pertinacia obſtinati, & diabolicę fraudis laqueis conſtricti perſeuerant. Hæc itaque hæreſis huius (ſicut & cæterarum) cauſa precipua ignorantia fuit, ſi non affecta, craſſa tamen & ſupina. & proinde inexcuſabilis & impia. ☞ Sunt & alie efficatiores vel cauſæ vel occaſiones, propter quas tot iam ſeculis hæc ſecta coaluit, neque nũc etiam eradicari facile poteſt, doctrinæ. s. nuda traditio, quæ ea perſuadet, quæ homines præſertim abiectę, ſordidęque conditionis appetunt per ſeſe. Quis eſt enim per deum immortalem, qui non libenter audiat ſubeſſe ſe nemini, omnibuſque modis ſua ſeruare, atque adaugere ſibi licere, minimeque (niſi velit) alijs conferre. Et inſuper ſuo arbitrio quãmaxime poteſt, viuere, nullaque lege diſtringi. Talibus nempe delinimentis eblandiendum ſibi fauorem huius ſectæ authores, ſectatoreſque curauere, quemadmodum et impuriſſimus ille Maumethes, qui præter vini vſum, quem ne vetuit quidem, ſed diſſuaſit, quecunque homines brutali laſciuia appetunt, impugne conceſſit. in hiſque etiam reſolutis corpore ſpiritibus, ſummum bonum diffiniuit. Quominus mirandum eſt, ſi tam breui tempore tantam hominum colluuiem in ſuam ſpurciſſimam ſuperſtitionem traxit. ☞ Enim vero Valdenſes iſti ex ſacerdotum auaricia omnem ſui erroris occaſionem aucupantes, illis minime parendum eſſe prædicant. ne ſum-

Tertia ratio ex eo, quod p̃ſua ſibilia ſuggerit.

Enarrant̃ princi. errores huius ſectæ.

mo pontifici quidē. Quippe qui eo quod mali ſunt, nec
apoſtolorum vitam imitantur, nullam habeāt a deo au
thoritatem neque ex illis ſacroſancta catholica conſtet
eccleſia. Et proinde eorum conſtitutionibus, decretisve
& mandatis aſtringi ſe negant. Inde fit, vti neque cen=
ſuram eccleſiaſticam metuant, neque prȩlatorum, & ſa=
cerdotū authoritati tribuāt ꝗcquā. Qui ſane error prȩter
quam quod eos in ſummam (vt ipſi prȩdicant) libertatē
aſſerit, multis eos, tum publicis, tum priuatis, perſonali=
bus, realibuſque abſoluit oneribus. Siquidem neque de=
cimas. neque primitias eccleſiaſticis viris deberi dicunt,
& ob id non niſi coacti ſoluunt, neque pariter ad rem ſa
cram, aut ad religionis cultum conferunt. Non ea tantū
ratione, quod hos ſacerdotij authoritate fungi negant,
verumetiam quia hȩc ſuperſticioſa eſſe affirmant, & ad
extorquendas ab imperitis pecunias, a pſeudo (vt ipſi ap
pellant) ſacerdotibus adinuenta, ſicuti & indulgētias, &
eccleſiarum conſecrationes, cȩteraſque ſacerdotales be=
dictiones. Sanctorum prȩterea feſtiuitates eodem erro=
re non colunt (vt pote) quorū ſuffragio mortales nō indi
geant, Chriſto omnibus ad omnia abunde ſufficiente.
Et ex cōſequenti, dum his diebus (qui ad illorū honorē
ab eccleſia ſūt cōſecrati) fideles ab oī opere abſtinent hi
ex operib⁹ ſuis q̄ſtū faciūt. et dū illi īdictis ab eadē eccle
ſia ieiun⁹ corꝑa affligūt, hi maxime īgluuiūt, & deniqꝫ
nulla lege hūana ſe aſtringi prȩdicāt, qua potiſſimū rōe
matrīonia libere ī oī gradu cōtrahi poſſe affirmāt, vno
aut altero ad ſūmū exceptis, q̄ ſi ī reliꝗs prohibēdi nullā
pōtifices habuerit ptātē. Neque alio ꝑtinet quā ipi iſſie
aſſerūt. ꝗcquid ad deffūctorū aīas purgatorijs penis ex=
piandas impendit, inane perditū, ſuperſticioſūque eſſe



parique cupiditate hanc (vt ipſi prȩdicāt) fabulā a ſacer
dotibus fuiſſe cōfictā. Sed & dimittendorū peccatorum
nullam ſacerdotes noſtros poteſtatem habere aperte pro
teſtantur, & proinde neque illis confitendum eſſe affir=
mant, neque ſacramēta reliqua ab his ſuſcipiēda, neque
cōſtitutionē eccleſiȩ. qua ad ſacramētalē confeſſionē ſa
crāque cōmunionē ſingulo quoque anno aſtrīgimur. ip
ſi recipiūt, eoque pacto graui ac male viuētib⁹ faſtidioſa
ſeruitute, & indicēdȩ a ſacerdotibus penitētiæ laborio=
ſo aut diſpēdioſo onere ſe eximūt. Vide ergo quot āīs ſe
ctā hāc diabolus retineat, quotque indulcat & ineſcat ve
nenis, blādimentiſque, quȩ nimirū eius & introducendȩ
& conſeruandȩ, ſi non totalis potiſſima ſalti fuit cauſa.
☞ Neque tamen aliam ea ratione ſubticebo, quod no=
ſtrum ſacerdotum improbitatem detegat, & confuſio=
nem. Non enim inficiari poſſumus auerſis plȩroſque a
ſanctorum apoſtolorum, & primitiuæ eccleſiæ pontifi=
cum ſacerdotumque, & leuitarum veſtigijs ambulare, &
non ſolum auariciȩ cupiditate. Sed carnali laſciuia, luxu
que & diſſolutis vndecunque moribus ſacerdotale decus
conſpurcare, dehoneſtareque, & ſacra propemodum om
nia peſſimis exemplis proh pudor confundere, atque pro
phanare. iāque nō aīarū ſalutē, ſed honorū, & dignitatū
boatū, & pingues ſacerdotiorum prouentus ad volupta
tes explēdas, ꝓcurare. Ad hȩc neque doctrina, neque ex
emplo, neque alia re vlla, prȩter exteriores cerimonias,
paſtorum officium expendere, ſacerdotaliſque culminis
ſeruare maieſtatem, qualeſque nos ſumus. tales in no=
ſtris dioceſibus ad ſingularum plebium curam ſacerdo=
tes ſubſtituere. Ita vt vbi maxime paſtorali cura dili=
gentiaque opus eſt. Ibi ſacerdotes non modo rariores

Quarta ratio mala vita ſacerdotum.

ſint, verumetiam indoctiores et deteriores, vſque adeo quidā vt in illis montanis conuallibus, vix ſingulis feſtis diebus ſacerdos ad ſacra miniſtranda plębi ſeſe offerat. Et is quidē non proprius ſed mercenarius, atque vtinam non inutilis & ſcandaloſus, aut omnino qui pluris ſacerdotium licitauerit. Quominus mirari debemus, ſi rudem illam & icultam gentem omnibus ferme doctis, & probatis viris, præſertim ſacerdotibus, deſertā omniūque diuinarum & humanarum prorſus expertem huius ſectę magiſtri, quamuis & ipſi indocti, & bonarum artium penitus ignari, verum ad errores illos perſuadēdos callidi atque induſtrii illorum mentes ſuis fallaciis occupant & illudunt, Dum ea quæ per ſeſe aures demulcent, vti ſalubria proponunt, & quæ maxime ſunt odioſa, damnant, deteſtanturque. ☞ Non parum quoque ad huius hæreſis tolerantiam contulit, quod nunquam receptatoribus, fautoribusque caruit, & his prēſertim quos chriſtianę religionis propugnatores eſſe opportebat, vt pote qui prouinciis, regniſque imperant, atque dominātur. Ex his namque nōnulli pecuniarii emolumēti auiditate pellecti, peſtem hāc in ſuis terris et dominiis, etiam hac noſtra tempeſtate fouent. Et in ſua quemque hęreſi viuere libere, atque impune permittunt. Nihil cætera pendentes, dum ſua vectigalia augeant. Quorum tamen nonnulli iuſto dei iudicio potiuſquam humana opera talibus atque aliis artibus aucta imperia, præter omnium expectationem momento pene temporis perdiderunt. Alii vero paulominus his reprehenſibiliores tam ſeculares quam eccleſiaſtici principes ſub religionis prætextu illos inſectantes, acceptis ab his pecuniis, conuictos confeſſoſque, vel abſoluunt vel impunitos di

Quita rō. tollerātia pricipū tēporaliū & fomētum malorum xpianorū



mittunt. Sūt q̄ etiā publice defendūt, Et inquiri aduerſus eos ꝓhibēt vbique iquirētib⁹ reſiſtūt. ☞ Nō nihi l etiā ad horū Valdenſiū cōfirmandā tollerandāque ſectam cōfert, quod ꝑter hęc (que cōtra fidē, religionēque noſtrā aſſumunt). In reliquis ferme puriorē quā cęteri chriſtiani vitā agūt. Nō eni niſi coacti iurant, raroque nomē dei inuanū proferunt. Promiſſaque ſua bona fide implent & in paupertate pars maxima degentes apoſtolicam vitā doctrināque ſeruare ſe ſolos ꝓteſtantur. Ob idque poteſtatē eccleſię apud ſe velut innoxios & veros chriſti diſcipulos, reſidere affirmāt ꝓ cuius fide religio neque in egeſtate viuere. Et a nobis ꝑſecutionē pati, pulchrum & glorioſum ducunt. ☞ Hę (ni fallor) pręcipue ſunt huius hęreſis baſes, hę radices, hęc fomēta, quę vt a vinea dn̄i ſabaoth euelamus eradicemuſque maioris (vt iā diximus) ē laboris atque induſtrię quā vt hūana opa abſque dextere excelſi manifeſta virtute fieri poſſit. Verumtamē in eius bonitate virtuteque cōfiſi qui diſcipulos maiora etiā quā ipſe feciſſet dū ſincerā fidē haberēt facturos eſſe prędixit. Nihilo ſecius opus hoc, quātūcūque difficile, peneque deſperatum aggreſſi ad exitū vſque (quē deus ipſe cōceſſerit) ꝓſeq̄mur. Et q̄ ad huiuſſectæ cōfuſionē imprimis ꝑtinent, hoc noſtro tractatu interi cōpēdinare curabimus. Non quidē vt ſingulos ei⁹ errores ꝓſeq̄mur, aut i demōſtranda fidei veritate theologicos apices attingamus. Sed nudis dūtaxat ſicuti iā prefati ſumus verbis naturalibuſque & moralibus rationibus figuris & argumentis ſacręque ſcripturę apertis oīque fuco carētibus teſtimoniįs errores eorum denudare, & veritatem orthodoxæ fidei, quoad fieri poterit, ſuccinte demonſtrare ſatagemus.

Sexta ratio quia in aliįs bene viuunt.

Difficultas opis & modus ꝓcedendi.

## ❡ PRIMVS ET PRINCIPALIS HVIVS SECTAE ERROR IMPROBATIO ROMA NAE ECCLESIAE.

QVAMVIS AVTEM PLVRI
mi eorum notentur errores, ille tamē
pręcipue eſt intollerabilis, & a quo (vt
proxime oſtēdimꝰ) Cęteri omnes ve
lut a fonte riuuli defluūt, Quod ſcili
cet Catholicam eccleſiam apud ſe ſo
los cōſiſtere credūt, & Romanam ſe
dē meretricē magnā & errorū oīm magiſtrā appellant
eiuſque ſequaces p̄cipue eccleſiaſtici ordinis aliter ac ip
ſi, credētes hęreticos atque īfideles arbitrār̃, & a Chriſti
cōſortio iudicāt alienos. ☞ Quippe ſi Romanā ſedem
Chriſtianæ religiōis caput, & oīm Chriſtianorū matrē
illi quę cōſentiētes chriſticolas eccleſiam dei cōſtituere
in confeſſo haberent, proculdubio in reliquis eius & fidē
profiterentur, & mandata ſeruarent, neque aduerſus eā
latrantes canes audirent. Contra vero niſi hanc ipſam fi
dem ſuſcipiant, ſed apud ſe eccleſiæ Catholicæ authori
tatem eſſe contendant, nihil omnino proficiemus, etiā
ſi particulatim eos qui nobis hacthenus patuerunt, erro=
res manifeſtis rationibus refellamus, nouos etenim quo=
tidie nobis ingerent, dum de ſacramentis fidei & de reli=
gionis veritate, ſacræqꝫ ſcripturę ītelligētia authorita=
tē ſe habere exiſtimabunt. Quis nam per deum immor
talem neſcit, nullum eſſe fidei articulum, nullam que ſa
cræ ſcripturæ propoſitionem, nullam denique Theolo=
gicam

Oſtendit̃ hunc erro rē eē vni= cum fūda mentum aliorum,



gicam queſtionem, Quin ad vtramque partem et ratio=
nes, & argumenta, & ipſius etiam ſcripturæ authorita=
tes inueniantur, Igitur ſi eas quæ veritati oppoſitę vidē
tur ſibi deſumpſerint, & noſtras reſponſiones nō admit=
tant, neque noſtris ipſi rationibus, authoritatibuſque re
uinci ſe patiantur, Sed vt faciunt abſque alia reſponſio
ne nos argutijs vincere, ſe vero recto ſenſu ſcripturam in
terpretari Chriſtiqꝫ volūtatē ſequi, & eo duce facere om
nia profiteantur, Quicquid aſſeruerimus, qualibuſcun=
que rationibus & ſcripturæ teſtimonijs approbauerimus
ipſi impune reijciēt. Et quicquid a Chriſto expreſſe di
ctum, aut ab apoſtolis traditum non inuenerint, etiam ſi
hoc in ſacris generalibus ſynodis ſit diffinitum hoc nul
la lege introduci a poſteris potuiſſe obſtinate contendēt
quaſi nullam poſterior eccleſia habuerit ſtatuēdi autho
ritatem, omniaque in euangelijs, & epiſtolis, aut actibꝰ
apoſtolorum aperte diſtincteque ſint conſcripta, quæ ꝑ=
ticulatim vnumquemque, & generatim omnes ſingu=
lis temporibus, & cum cæteris hominibus, & cum ſemet
ipſis ſint facturi. Ita vt nihil ad mores, vel ad religionē
ſtatui poſſit, aut ſeruari debeat, quod non ſit in his ipſis
ſacris ſcripturis ſpeciatim exp̄ſſum. Quo magis in hoc
vno errore explicando confutandoque laborandum eſſe
cenſemus. Quippe quo ſublato, velut ædificij fundamē
tis ſuffoſis vniuerſam ſuperficiem corruere neceſſe eſt,
quamuis & alios nonnullos particulares ſummatim po
ſterius attingemus, oſtendemuſque (fauente Deo) lucu=
lenter, perſpicueque, hos errores, tam nullum habere fū=
damētū, ꝙ ſūt ab īperitiſſimis, abiectiſſimiſque hoibus
vel (vt ſuis eos depīgamꝰ coloribꝰ) beluis inſēſatis adin
uēti (vt pote) ꝙ neque ſibi ipſis cōſtent, ſed pugnēt īuicē



manife=

manifeſtiſſime,neque vlla poſſint ratione deffendi. Et ſi quæ ſunt ſacræ ſcripturæ ſententiæ.quibus ſe tueri cõtendãt,eas,vel tam male intellectas,vel tam impertinẽter aſſumptas,vt recto ſenſu ĩterpretate,in eos potius torqueantur quam eorum cõmentitijs aſſertionibus quicquam conferãt. Qua in re nullam niſi ex ſacro Canone, (quem & ipſi admittunt) citabimus allegationem. Neque rationem aliquam adducemus,quæ non et manifeſta ſit per ſeſe. Et pari inſuper authoritate ſuffulta exempla quoque afferemus omni hominũ generi notiſſima.

Modus ꝓcedẽdi in cõfutãdo hoc errore

☞ Ad huius itaque precipui erroris confutationem,atque eliminationem ſingula eius fũdamenta primum referre oportet. Et quibuſcũque adminiculis defendi adiuuarique poſſunt ſuffulcire. Deinde quæ in partem alteram faciunt,afferre. poſtmodum priora congruis reſponſionibus ſubmouere deijcereque. Subſequẽter verum in hac cõtrouerſia ſacræ ſcripturæ ſenſũ denudare. Et ꝓinde articulum ipſum clara,& perſpicua reſolutione diffinire. Poſtremo ad huius ſectæ manifeſtam confuſionẽ oſtendere fidei Catholicæ fundamentum. Etiam ſi in Romana eccleſia non ſubſiſteret nihilo tamen magis ĩ hac ipſa ſecta conſiſtere poſſe.

Ipſius erroris fũdamentum.

☞ Porro huius erroris ratio omnis in eo cõſiſtit,quod ſacerdotij authoritatem ex ſacerdotum meritis ita pendere, illique ſic cõiunctã eſſe Valdenſes putant, vt altera alteri, ex toto commenſuretur vtique. diuina gratia homini confertur augetur ve,ita & ſacerdotij authoritas parique ratione,cum gratiæ ſubtractione vel diminutione decreſcat amittatur que,hac vero aſſertione præmiſſa, Secundam propoſitionem ãnectunt,Romanam ſilicet eccleſiam, eiuſque aſſectatores prælatos maiores,minores ve a diuĩa gratia



eſſe quã remotiſſimos. Eo ſcilicet quod diuĩæ legis mãdata minime ſeruent,Chriſtique et Sanctorũ apoſtolorum vitam,mores,doctrinamque nulla ex parte imitentur. Inde vero manifeſtam eliciunt concluſionem. Nullam poteſtatem eos a deo obtinere. verum apud ſeipſos totam eſſe qui & Chriſti legẽ cuſtodiãt,& per eius apoſtolorũq; ſuorũ veſtigia gradiãtur. Et ex cõſequẽti vniuerſalẽ eccleſiã ex his cõſtare ꝗ & ꝗ apoſtolorũ,cæterorumque deinceps diſcipulorum in arcta paupertate vitę que ſimplicitate regulam ſunt ſecuti, quales illi fuere qui primitiuam eccleſiam conſtituerunt. Quicunque vero ſecus vel credunt,vel faciunt,hos omnes anathema eſſe,& eccleſiæ Catholicę cõmunione carere. Et proinde quum exceptis ſuæ ſectæ profeſſoribus, Chriſtiani omnes Romanam ſedem totius eccleſiæ caput eſſe abeaque velut a fonte cæterorum ſacerdotum authoritatẽ defluere proteſtẽtur,nullumque extra illam ſaluari poſſe conſentiant. Hos nimirũ omnes Schiſmaticos, atque hęreticos aperte denũciant. Et inde fit vt neque ſacramẽtorum cõficiendorũ,neque remittẽdarũ culparũ authoritatem vllam eis tribuant. Verũ ſibijpſis hęc omnia ſolis vſurpent. Et quos ex ſuo genere meliores ipſi indicãt illos ſibi ſacerdotes conſtituunt. Et ad eos velut apoſtolorum vicarios,ſucceſſoreſque pro his omnibus recurrũt

Authoritates & rationes q̃ ĩ hac parte adducũt Prima rõ ceſſante ratione.

☞ Hanc autem eorum deductionem, atque concluſionem talibus rationibus,atque authoritatibus aſtruere nituntur. ☞ Chriſtus(inquiunt) eccleſiam Petro, & in eius perſonam apoſtolis cæteris,eorumque ſucceſſoribus regendam cõmiſit. Verum qua gratia,primum quidem quia illum in fide,& charitate ſuper cæteros conſtãtem non modo ęterna cognitione,verum etiam experimẽto

manifeſto cognouit. Tum ſcilicet quum cæteris apoſtolis hæſitantibus ipſe Chriſto ex omnium perſona reſpondit. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Hac enim reſponſione audita, Et proinde ipſius Petri fide confeſſio neque perſpecta idem ipſe ſaluator, ob id ipſum, in hæc verba reſpondit. Beatus es Symon Bariona, quia caro, & ſanguis nō reuelauit tibi, Sed pater meus qui eſt in cœlis. Ego dico tibi quia tu es Petrus, &c. Ex his enim verbis liquido apparet, Saluatorem confeſſiōe, fideque Petri permotum poteſtatem illi, clauesque dediſſe, aut omnino daturum ſe promiſiſſe. Quodquidem poſt reſurrectionem ſuam impleuit cum illi dixit. Paſce oues meas Et ne id tum quidem prius fecit, quam ille non ſemel & iterum. Sed & tertio aperto ore ꝓfeſſus eſt quod eū plus cæteris diligeret. Cuius rei periculum quoque Petrus iam ſępe antea fecerat. Nimirum igitur ſi talem ſibi vicarium Chriſtus elegit, dignum ſcilicet cui, & occulta ſapiētię ſue manifeſtaret, Et quē gregis ſui ducem paſtoremque conſtitueret. Itidem & de cæteris apoſtolis dicēdum eſt. quorum pariter fidem virtutemque habebat perſpectiſſimam. Et ob id eos elegiſſe ſe nō electum ab eis fuiſſe teſtatus eſt, dum dixit. Ego vos elegi, non vos me elegiſtis. Sed & illud adiecit, quo quid facere illos vellet intelligerent vt eatis (inquit) & fructum afferatis, & cætera. Duæ ergo fuerunt electiones Petri, & apoſtolorum cauſę, vna ſcilicet ipſorum apoſtolorum ſincera fides, Charitaſque perfecta, & vt per illos ex reliquis hominibus fructum plurimum referret altera. Deinde vero ne perſonarum, nō meritorum rationem habuiſſe in eis videretur. Et ita quidem, vt ſi ab illa aberrarent, ab eius non modo gratia deciderent, verum etiam conceſſa



ceſſa eis authoritate priuarentur. Alio loco dixit. Ego (inquit) ſum via, veritas, & vita. qui igitur mihi miniſtrat me ſequatur. Et iterum alio loco. Ego ſum vitis vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multum. Qui vero in me non manſerit excidetur, & in ignem mittetur, vt ardeat. Quamdiu igitur hi apoſtoli in Chriſto manſerunt. Manſerunt autem poſt acceptum Spiritum ſanctum perpetuo, in his abſque dubio velut firmiſſimis columnis, & baſibus ſtetit vniuerſalis eccleſiæ fundamentum. Sed & in eorū ſucceſſoribus quamdiu illorum geſta, vitam, mores, fidemque ſunt imitati. Poſtea vero quā a dei ꝑceptis apoſtoliciſque inſtitutis deuiare cœperunt. varijſque cupiditatibus, ſceleribuſque ſeducti. dubium non eſt quin a Chriſto receſſerint, & ipſe ab eis. Et proinde ab ipſius miſtico corpore ſint exciſi. Neque enim miniſtri eius dici poſſunt, qui non modo illum non ſequuntur, verum auerſis ab eo incedunt veſtigijs. Inde fit, vt quum ex fructuoſa arbore in malam, & infructuoſam ſint conuerſi, Nullum ipſi fructum, ſaltē bonum proferre poſſint. Eo ipſo teſte, qui dixit. Non poteſt arbor mala fructus bonos facere. Ceſſat igitur ratio propter quam electi ſunt, & proinde oportet effectum quoque ceſſare. ☞ Manifeſtum eſt igitur peccatorem ipſo reatu a Chriſti corpore euelli, ceu ab arbore inutilem palmitem. Inſuper, qui dyaboli filius, & ſeruus eſt, non idem poteſt eſſe Chriſti, quum ipſe dicat Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et alio loco. vos ex patre dyabolo eſtis, quia eius opera facitis. Adhuc de libro vitæ, qui mortali culpa deum offendunt, Propheta teſte delentur. Et ex conſequenti a regno cœlorum quod pręſens Eccleſia interpretatur, ſunt

ratio ſecūda ex defectu ſubſtātialis reqſiti, & obiecti repugnan̄.

ſunt extorſi, Quin & ab his cauēdū eſſe ſaluator monuit dum dixit. Attēdite a falſis prophetis, qui veniūt in veſtimentis ouiū, Intrinſecus autē ſunt lupi rapaces. Et ne quos cauendos diceret ignorarent ſubiunxit, A fructibus eorū cognoſcetis eos. Porro fructus opera ſunt noſtra, quæ ſi mala ſint vitandi ſumus, etiam ſi ouiū vel paſtorū veſtimento induamur. His vero ſtantibus quo pacto a deo poteſtatem habere poteſt pontifex, & ſacerdos vt aliis deū propiciet qui eſt ipſe dei inimicus. Quo item pacto regni cœleſtis claues habere pōt qui eſt ab eo exul. Rurſus qua poteſtate ordinē ſacramenta ve alteri i virtute ſpūs ſancti conferet, qui tantū abeſt, vt in illo inhabitet vt etiā illi ſit hoſtis, Neque enī habitat in corpore ſubdito peccatis, Sed eius potius facta ꝑceſque aduerſantur. Quia nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, nec habitat in corpore ſubdito peccatis. Et proinde ſi nō exaudit deus peccatorē eius ſuffragiū apud deū ne quicꝗ̄ imploramus, qui ſibi quidē ipſi ꝓpiciū habet deū. Deniqne ſi neque oratio illius ꝓdeſt, neque opus aliud vllū quantomin⁹ credendū eſt, vt ad illius verbū chriſtus in panis & vini ſpecies ſe transformet illiuſque manib⁹ ꝑbeat cōtractandū, quē a ſe prorſus abiecit, eiuſque facta abhominatur. ☞ Nā per deū imortalē, Quis ſane mētis homo iudicabit regē vel mediocriter ſapientem illi vices ſuas ſumma cum poteſtate cōmiſſurum, quem inter īfimē ſortis ſeruos habere dedignatur. vel quē vt hoſtem publicum, iudicat omni ſupplicio dignū, aut quis paſtor ouem lupo credidit? vel vir ſapiens puriſſimam ſponſam, lenoni turpiſſimo atque diſſolutiſſimo.

Tertio cō probat ratiōe naturali & morali.

☞ Age vero qui per peccatum a deo ſe auertit ad nihilum redigitur, dicente propheta. Ad nihilum deductus

Quarto rōne theologica.



eſt in conſpectu eius malignus, & rurſum ad nihilū deuenient tanquā aqua defluens, & alibi ſepe hoc inuenies ſcriptū. Ergo qui nihil eſt, nihil facere poterit. ☞ Et ne ſacrę ſcripturæ teſtimonio hęc carere quis putet, Attende quid per os Eſaye, deus ipſe ꝓnuntiat dicēs. Quo mihi multitudinē victimarum veſtrarum plenus ſum. holocauſta arietum & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Et paulo infra, ne offeratis vltra ſacrificium veſtrum fruſtra incenſum abhominatio eſt mihi, Neomœniam & ſabbatū & feſtiuitates alias non feram. Iniqui ſunt cœtus veſtri. Kalēdas veſtras, & feſtiuitates veſtras odiuit, nam mea facta ſunt mihi moleſta. Laboraui ſuſtinens, & quū extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos a vobis. Et quum multiplicaueritis orationem, nō exaudiā. manus eī veſtrę ſāguīe plenę ſūt, hęc ille. ☞ Sed & Malachias de his iprobis ſacerdotibus loquēs in hāc ſentētiā ꝓrupit. Nō eſt mihi volūtas, dicit dn̄s exercituū, & munus nō ſuſcipiā de manu veſtra. Et paulopoſt, maledicā bn̄dictionib⁹ veſtris. Et rurſ⁹ īfra tacite eorū obiectioni reſpondet. Dicturi enim erant, quod pacto ſempiterno ſacerdotium leui ſtabiliuerat. proptęrea non poterat ab eius genere illud remouere. Aperte enim reſpondet, tam diu pactum manere, quam diu poſteri eius veſtigia ſunt ſequuti. Nam quum prius dixiſſet pactum enim meum, cum eo vitæ & pacis & dedi ei timorem & timuit me, &c. Subiunxit. Vos autem receſſiſtis a lege & ſcādalizaſtis plurimos in lege. Irritum feciſtis pactum leui, propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Sicut non ſeruaſtis vias meas, & quæ ibi ſequuntur. Quæ ſane verba ad omnes ponti=

Auhoritates pro hac ꝑte.

Malachias,

fices & ſacerdotes, qui Chriſti,& Apoſtolorum tradi-
tiones præuaricati ſunt, eadem ratione prolata intelli-
gunt quum etiam per alium prophetam dixerit. Odi-
ui eccleſiam malignantium,& cum impijs non ſede- Pſalmus.
bo. Et alibi facientes præuaricationes odiui, Et odiui
omnes operantes iniquitatem. Et infinita id genus.
☞ Nonne & de Saul legitur, quod quum mandatum
dei tranſgreſſus eſſet,ſpiritus dei receſſit ab eo. qui fue- Exemplũ ex libris regum.
rat a deo ipſo ad regendum populum prius electus.
☞ Ad hæc nonne Chriſtus in euangelio dixit. Si quis
vult venire poſt me abneget ſemetipſum,& tollat cru- Authoritas chriſti.
ce ſuam,& ſequatur me. Et rurſus. Qui mihi miniſtrat,
me ſequatur. Et iterum. Nemo poteſt duobus domi-
nis ſeruire,deo ſcilicet,& mãmonæ. Et quod omnibus
eſt tum apertius, tum durius. Niſi quis renunciauerit
omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipu-
lus. Quopacto igitur vices ſuas illi committet, quem
ne diſcipulum quidem habere dignatur. ☞ Porro ſi Illatio ex premiſſis quod nullus ſacerdos eccleſię romanę habet poteſtatẽ.
tales ſunt pontifices ſummi, vt neque ſua relinquant, ne
que in reliquis Chriſti legem ſeruent, In qua poteſtate
epiſcopos ordinant. Qui vero nullum ab his ordinem
accipiunt, quopacto & ipſi alijs conferre poſſunt? tan-
toque minus,ſi & ipſi pari maiori ve morbo laborant.
Denique ſi neque hi ordines conferunt nullus erit pro-
culdubio verus ſacerdos,quem ipſi ordinauerint. Ergo
nullum & hi conficiunt ſacramentum. Quippe & ſi or-
dinem haberent, vitæ illum turpitudine inquinarent.
Si igitur oſtendemus tales eſſe romanæ eccleſiæ ſacer-
dotes & pontifices omnes. Palam erit eccleſiam Chri-
ſti, ex his



ſti, ex his non conſtare. Neque enim eorum caput eſſe
poteſt Chriſtus,qui eius membra eſſe deſierũt. ☞ Hoc Ea que cõtra ſacerdotes ratione eccleſię Valdẽſes obijciunt.
autem, vt oſtendant, multa impia atque nephanda in
pontifices & ſacerdotes Romanę eccleſiæ,hi perditiſſi
mi homines in medium afferunt. quæ nimirum refer-
re pudet, ſcilentioque prætereunda eſſent, niſi in his to-
ta huius abhominandę ſectæ vis conſiſteret, In eam-
que partem tela eorum conferrẽt omnia. Quamobrem
vt ad radicem ſecurim admonere poſſimus, detegenda
eſt pœnitus & defodienda, vt feriri queat, nullęque ma-
neant tante impietatis temeritatiſque reliquię. Nam
præterquam quod multa ab his falſo nobis imponun-
tur,& de plurimis temere iudicant, oſtendemus his re-
latis euidenter eos tota errare via. Dicunt igitur Roma
num pontificem,& cæteros eccleſiæ Romanæ præla-
tos & ſacerdotes, in illa re, neque Chriſti, neque Apo-
ſtolorum vitam, aut præcepta ſectari. Sed illis contra-
ria facere omnia. Idque non iam occulte, ſed palam
a deo & manifeſte, vt neque celari, neque tergiuerſari,
vllo velamine poſſit. Immo vero in his, quæ ſunt reli-
gioni contraria, ipſos maxime gloriari. Et Chriſti at-
que Apoſtolorum inſtituta non tam ſpernere quam ir-
ridere. Illi etenim in ſumma paupertate, humilitate,
caſtitate, rerumque omnium carnalium continentia,&
mundi contemptu vixere. Nos vero ſacerdotes & præ
lati ſummo faſtu,luxuque diſſoluti, Regia potius po-
teſtate, quam Sacerdotali, ſanctimonia excellere,
pulchrum putamus. Eoque ſtudia omnia conatuſ-
que ſpectant, vt apud homines, non virtute, aut
ſanctitate

ſanctitate,doctrina ve. Sed rerum omnium affluētia, & magnifice geſtis bello,armiſque,rebus multoque auri equorum,& omnis generis apparatu iugem nobis gloriā comparemus. Illi preterea nihil habere proprium voluerunt,neque qui haberent in eorum cōſortium niſi relictis omnibus,& in cōmune poſitis recipere. Nos vero noſtris non contenti alienis aliquanto,etiā quam Ethnici cupidius atque īpudētius īhiamus, Eaque grā bella gerimus. Et ad arma etiam Chriſtianos Principes & populos incitamus. Illi per ciuitates & caſtella diſcurrētes,& verbum dei cum efficatia diſſeminantes omnia inſuper charitatis opera,vti cuique facultas dabatur exercebant Nos nonmodo nihil horum facimus,neque exemplum aliquod bone conuerſatiōis præbemus, verum etiam facientibus plerumque aduerſamur. Et omnis diſſolutionis cupiditatiſque viam oſtendimus. Illi inuiti,& renitentes Deo iubēte. aut inſpirante in aliorum ſalutem ad ſacerdotium ordinabantur. Nos,vel pecunia, ſacerdotia licitamus vel vi aut ſecularium principum fauore,potētia ve,& malis artibus ambimus, nec ad aliud quippiam niſi ad explendas voluptates,& ditādos propinquos, aut mundanam denique gloriam comparandam. Illi inſuper in multis ieiunijs,vigilijs,peregrinationibuſque vitam omnem agebāt nullis neque laboribus,neque periculis deterriti,vt ſalutis viam cæteris oſtenderent. Nos in ocio,voluptatibus, cæteriſque terrenis rebus, etiam impijs tempus omne terimus,illi aurum,atque argentū prorſus contempnentes vti gratis acceperant,diuinā gratiam adminiſtrabant. Nos & ſacra,& dei ipſius cœleſtes theſauros venales exponimus. Et in ſumma ne alia plurima, quę perdita audacia nobis opprobrant



ſigillatim recenſeam,omnia humana,& diuina confundimus,ita vt hæc Romana eccleſia Chriſti ſponſa dici nequeat. ſed potius meretrix illa publice proſtituta quā Exa. Hie. Eze. & in Apoca. Ioannes,ſuis pinxere coloribus, Chriſtus enim ſponſam ſibi eccleſiam copulauit, ſanctam mūdam,ſpecioſam,omniumque virtutum gēmis atque ornamentis redimitam,nulla neque ruga,neque macula deformem. Qualē miſticis tropiciſque ſermonibus Spiritusſanctus in canticis effinxit, Abſit igitur dicunt Valdenſes a Chriſto Domino,vt tam ſpecioſam tamque omni decore, & ſplendore excellentem ſpōſam,in tam fetidum & abhominabile ſcortum commutare velit. Plane hoc fundamento iacto omnes illorum errores nullo negotio tutantur, impune enim Romani pontificis,cæterorumque prælatorum & ſacerdotum decreta iuſſaque contemnerent,illorumque obedientiā detractarent ſacramenta,orationes,& ſacrificia contemnerent,illiſque decimas,oblationes,& cætera eccleſiæ iura denegarent, Et denique a noſtro conſortio ſe penitus ſubtraherent. Quo magis elaborandū eſt nobis, vt hūc errorum omnium maximū cæterorūque radicē cōfundamus,extirpemus, euelamus,eradicamus. ☞ Qua in re tā et ſi aptiſſima,liquidiſſimaque nobis argumēta validiſſimæque rationes,& ꝓbatiſſimę authoritates, ſuccurrat maxima tamē arte,cū his dimicādum eſt,qui quū in nos noſtrorūque doctorum dicta cōtorqueāt, in ſe tamē retorqueri nequaquā patiūtur. Sed neque (vt diximus) ſacræ ſcripturæ ſenſum,niſi quem litera exprimit, aduerſus ſuam aſſertionem admittunt. Quamuis in nos allegoricum,anagogicumque vti a noſtris recipitur aſſumant,neque reſponſionibus noſtris ad ſuas, vel ratio-

difficultas cōuincēdi valdeñ. ex eorū ignorantia.

nes vel authoritates acquieſcunt, niſi aperto & luce me-
ridiana, clariore teſtimonio comprobetur. Qua ratio
ne maiorem in modum nobis inſudandum eſt, atque in
uitendum, vt & eorum fundamenta ſuffodiamus pro-
ſternamuſque pœnitus & noſtra ſolida, atque incõcuſſa
iaciamus quod deo adiutore cuius omnino cauſam agi-
mus, factum iri ſperamus. Proptęrea omiſſis argutijs oĩ
bus, & in aliud genus diſputationis, acutiſſimis theolo-
gis reiectis, aduerſus hanc errorum phalangem, aciem
noſtram ſic inſtruamus, vt aut conſpectu noſtri exerci-
tus deterriti hoſtes ſua ſponte dedant ſeſe, armaque & in
ſtrumenta omnia bellica reddant, & in verba noſtra iu-
rent, aut in ipſo congreſſu noſtrum impetum non ſuſti-
nentes in fugam ſe vertant, ſeque victos fateantur aut
(quod eſt omnium extremũ) inſigni cęde profligati at-

Fũdamẽ-
ta ꝑ par-
te fidei ca
tholicæ.

que proſtrati cruentã nobis victoriã relinquãt. ☞ Age
igitur ab his initium faciamus quę velut eminus teme-
reque iacta tela, a longe feriunt incertoque ictu vulne-
rant ab his inquam rationibus incipiamus, quę vti vul-
gares ſunt & ſubruſtice, Ita fortaſſis cum hoc hominuꝫ
genere plus acutioribus valiture. Et omnino ab omni-
bus paſſim etiã mulierculis & pueris ꝑcipi facile pote-
runt, aditumque deinceps argutioribus efficatioribuſ-

Repetiꝛ̃
primũ fũ
damentũ
Valdeñ.
vt cõfun-
datur.

que prębebunt. ☞ Atque ante omnia primum illorum
fundamentum euertamus, quo ruente ruent proculdu-
bio cætera omnia, aiunt enim eccleſiæ, & clauiũ autho-
ritatem a Chriſto apoſtolis. Ab ipſis vero ſucceſſoribus
eorum eſſe traditam, a dei gratia & hominis ſanctitate
pendere clauiumque poteſtatem. Illique pœnitus com-
menſurari, Parique cum eis paſſu ſic ambulare, vt his
creſcentibus



creſcentibus hæc creſcat, decreſcentibus decreſcat. Et de
nique deficientibus, deficiat. Nullum vero ſucceſſo-
rem apoſtolorum eſſe poſſe qui non & chriſti legẽ ſer-
uet & eorum vitam inſtitutaque ſequatur. Quaquidem
aſſertione quid eſſe poteſt abſurdiꝰ? quid iniquius? quid

Et prĩo cõ
fundiꝛ̃ qđ
dicũt non
eſſe apoſto
lorũ ſucceſ
ſorẽ q̃ eo-
rũ vitã nõ
imitãꝛ̃ rõe
ĩpoſſibili-
tatis.

ſtultius? ☞ Equidem ſi ita res haberet nullus eſſet in or
be ſacerdos. nullus epiſcopus, Leuita nullus. Lege enim
quæ in his neceſſaria eſſe apoſtolus ad Thimotheum,
& ad Titum ſcribens enumerauit, & quæ in actibus
apoſtolorum de eorum vita geſtiſque traduntur, vide ſi
in vllo mortalium ea ſimul omnia inuenies (dicam au-
dacius) & ne fortaſſis in apoſtolis quidem ipſis, niſi qua
tenus eos præcipua ſancti ſpiritus gratia. vti res exige-
bat pro tempore adiuuabat. Nullus ergo erit epiſcopꝰ,
abſit. Tale quippe hoc eſt quale, quod de philoſophis
Oratoribus, Theologis, Iureconſultis, Medicis, ſcri-
ptum inuenitur. Quales illos eſſe oporteat, Enimuero
qualem (qui de his artibus præcepta dederunt) deſcri-
pſere. Nullus vnquam eſt inuentus. Et illi quidem
ipſi (qui præceptiones dabant) In plurimis defecere.
Sicuti nec vllus adhuc, neque princeps, neque vir bo-
nus, & ſapiens eſt inuentus. Sed hi inter optimos ha-
bentur, qui minus cæteris mali, atque imperfecti ſunt
crediti. Quod igitur apoſtolus dixit, talem oportere
eſſe epiſcopum. Verum quidem dixit vt ſit perfectiſ-
ſimus deoque gratiſſimus & populo. Inſuper vtiliſſi-
mus. Atque vtinam & nos, qui in hanc miſeram
tempeſtatem incidimus. tales eſſe non dicam poſſe-
mus. In noſtra enim eſt poteſtate deo adiuuante,
ſi vellemus.

Oſtẽditur quod etiã data poſſibilitate falſa ẽ opinio ratiõe abſurditatis.

ſi vellemus. ☞ Stat ergo qualitates iſtas ad ſacerdotij
pontificatusve authoritatẽ non eſſe neceſſarias. Idque
ne Valdeñ. quidẽ audebit aſſerere. tantũ abſque morta-
li peccato vt ſit ſatis eẽ putãt. Verũ neque id tolerari p̃t
Nã id ſi verũ eſſet chriſtus eccleſiã ſuã incognitam ho
minibus reliquiſſet, nulluſque certus eſſet prelatus. Et
proinde. Nulli mortalium cognitũ foret apud quem au
thoritas clauiũ maneret. Et ad quem ꝓ his quę ſacerdo-
tibus ſolis cõpetunt, recurri oporteret. Parique ratione
omnes eccleſiæ ordines cõfuſi eſſent quos tamen chri-
ſtum diſtinxiſſe, diſtinctoſque eſſe voluiſſe Paulus te-
ſtatur. Alios prophetas, alios doctores. Item alios ſa-
cerdotes, alios leuitas, & ſic per ſingula. Nemo enim
de ſeipſo cõpertum habet ne dicam de reliquis. An diui
na gratia dignus ſit an odio Deuſque ſolus ſcrutator eſt
cordium. Ex quibus bone maleve cogitationes oẽs (eo
ip̃o teſte) exeunt. Quũ itaque temerarium ſit de aliena
conſcientia iudicare, & ſe iuſtum, deoque gratũ ęſtima-
re ipſa temeritate temerarius. ☞ Nullus ſeip̃m aut aliũ
certo iudicio arbitrari poterit eſſe ſacerdotẽ. Quod vbi
conceſſerimus vide (quęſo) quot & quanta conſequãtur
incõuenientia. primũ quidem deus, qui per prophetas
olim & nouiſſime per vnigenitũ ſuũ ſacerdotibus obe-
diendum mandauit. Et eius apoſtoli p̃cipui (qui & ipſi
hoc iuſſerunt) Præcepto nos impoſſibili aſtrixiſſent ni
ſi ſingulorum electionibus deus ipſe ſubſcriberet aut ſi
gnis manifeſtis oſtenderet, Eos (qui eligerentur) ſibi
eſſe acceptos. Rataque ſe eorũ geſta habiturũ, quod de
paucis admodum in ſacris literis auctẽticiſque ſcriptu-
ris factum legimus. Neque ſi hoc cuiquã cõtingeret, ꝑ-
petuam atque immutabilẽ certitudinem ea res prębeend

Primũ incõueniẽs quod ſeq̃retur.



ſi ex ſubſequẽti culpa, cum diuina gratia authoritatem,
quoque ammitteret. Eoque pacto etiam ideo electus
ad diem ſacerdotis officio recte functus affirmari haud
quãque poſſet, quum ſepties in die cadat etiã iuſtus. Et
Iudas ſcharioth a Chriſto aſſumptus pręuaricatus eſt.
☞ Inſuper ſi nullus ſit in orbe certus ſacerdos neque põ
tifex mentitus eſt nobis Chriſtus. qui nunquam eccle
ſiam ſuam abſque duce & paſtore relicturum ſe prote-
ſtatus eſt aut nos hoc pretextu deluſit, qui paſtorem fer
me nullum poſt Apoſtolos certum reliquit, & qui eorũ
ſuffragia ad diuinam iram placandam propiciandum
que deum iuxta legis pręceptum implorant, aliena cul
pa iuſto deſiderio fraudarentur, ſi is qui ſacerdotalẽ vi-
tam pre ſe fert, occulto crimine deo ſit exoſus. ☞ Sequi
tur & aliud longe abſurdius, atque periculoſius. Quip-
pe ſacramentorũ efficaciam ſicut & ſacerdotij authori-
tatem ex merito conſtare hi affirmant. Ergo neque an
chriſtiani ſint, certum ſcire poſſunt. Quis enim ſpiritus
eis reuelauit, Barbas eorum (quum eos baptizarent) abſ
que mortali culpa fuiſſe. Quæ ſane ratio ad oĩa eccleſię
ſacramenta, quæ ne ipſi quidem ad ſalutẽ neceſſaria ne-
gant trahi poterit. Eoque modo chriſtiana omnis reli-
gio incertitudine manifeſta vacillabit. ☞ Ex his & ali
ud nõ minus abſurdum ſubſequetur. Chriſtiana quippe
religio (vti ſanctiſſima eſt) Ita ſuper cæteras omnes de-
bet eſſe diſcreta. Erit autem hoc pacto omnibus, quę vn
quam fuerunt, hoc conceſſo indiſcretior atque perplexi
or. In omni quippe lege, hoc vel cautum, vel ſeruatum
legimus, vt quem vel populus, vel princeps, vel qui po-
puli decreto eligendi poteſtatem habent, ſacerdotẽ ele-
gerint. Is a cæteris ſacerdos habeatur. Eoque munere ſo
lus funga-

Secũdum incõueniens.

Tertium inconueniens.

Quãrtũ inconueniens.

Ius fungatur, quanquam eorum legibus, ſicuti & noſtra,
cautum ſit vt ydoneus eligatur. Sed quis is ſit illorum,
quibus poteſtas data eſt, iudicio relinquitur, donec publi
co decreto electio reprobetur. Nam alioquin vnuſquiſ=
que pro motu conſcientiæ ſue ſacerdotem ſibi conſtitue
ret quem ipſe optimum iudicaret. Et proinde (vt iam
prædiximus) nullus ſacerdos certus eſſet, quod quam ſit

Quintū inconue= niens.

abſurdum, manifeſte liquet. ☞ Inde & aliud prodiret
multo intolerabilius atque pernicioſius, quia quum de
ſacerdote vel pontifice eligeñ. ageretur, non abſque
tumultu & contentione fieri electio poſſet. Qui enim
dignitatem hanc ambirent, vt eſt hominum natura, ple
na ambitionis, plena inuidiæ, multi inuicem pro meri=
torum collatione contenderent. Ingentiaque inde ma=
la ſuſcitarentur, quæ ipſa rerum experientia, prochpu=
dor fecit manifeſta. Qui vero hæc munera publica, Im=
mo vero grauiſſima onera, detractarent, ſuam ipſorum
infirmitatem, atque inhabilitatē cauſantes, in alios onꝰ
ipſum reijcient. Eoque pacto in hiſce electionibus con

Sextum inconue= niens.

tentio eſſet perpetua nec diſponi facile poſſet. ☞ Adde
& aliud non multo ſuperioribꝰ tolerabilius. Si quidē ex
meritis & gratia ſacerdotalis pēderet authoritas per ſin
gula momenta de vniuſcuiuſque poteſtate diſceptari
oporteret ambigique, haud ab re poſſet. Quum ſcriptū
ſit de quocunque homine, quod nunquam in eodem ſta
tu ꝑmanet. Immo & de quolibet iuſto, quod ſepties in
die cadit. Quum quotiens mortaliter peccarent, totiens
poſt pœnitentiam eſſent ordinandi. Et pari etiam ra/
tione rebaptizandi, quoniam chriſtiani eſſe deſijſſent,
qui diaboli, & ſerui, & filij, & diſcipuli eſſe cœperunt.

Quod nulla



Quod nulla etiam perditiſſima hæreſis vnquam aſſere
re auſa eſt, quamuis de his qui fidem abnegarunt non=
nulli hoc affirmauerint, quorum opinio ſanctorum pri
mitiuę eccleſiæ patrū decreto fuit reprobata. Et ex euā=
gelio manifeſte conuincitur. ☞ Quamuis enim &

Etiā apo= ſtate non ſunt reba= ptizandi.

Petrus verbo, & cæteri omnes facto Chriſtum negaue
rint, non ex eo tamen minus poſt reſurrectionem eos in
perfidia perſiſtentes & diſcipulos & fratres appellauit.
Quum magdalenę dixit. Vade ad fratres meos. Et an=
gelus ad illam, & cæteras pias mulieres. Ite, dicite diſ=
cipulis eius & Petro. Quod & de Iuda proditore perſpi/
cuum eſt. Quamuis enim (vt Ioannis ſermone vtar) iā
miſiſſet, in cor vt traderet eū Iudas Simonis ſchariothi
Immo & diabolum eum multo ante tempore (ipſo Io=
anne teſte) Chriſtus nominaſſet. Eum tamen in cœ=
na conuiuam habuit, eius pedes lauit, corpus & ſangui=
nem ſuum illi miniſtrauit, vti cæteris diſcipulis om=
nia officia exhibuit. Immo nec reliquis eum prodere
voluit, ne ei quidem, cui omnia archana detexerat no=
mine proprio indicare. Sed ſigno tantum illum demon
ſtrauit. Et denique omnes euangeliſtæ illum impro=

Oſtendit expoſitio Iudę quā= ta ſoleni tas ſit ne= ceſſaria vt epiſcopus deponi poſſit poſt culpam.

bum & perfidum proditorem diſcipulum, etiam dum
Chriſtum traderet, appellant. pœnitentia igitur cul=
pam expiari oportet, non ordinem iterari, quem (vt po
te) animæ in virtute verborum & fide eccleſiæ impreſ=
ſum, nulla poteſt culpa delere. ☞ Quin & admi=
niſtrationem publica authoritate conceſſam, pari pote
ſtate reuocari neceſſe eſt. Quod & in electione Ma=
thiæ, ex actibus Apoſtolorum fit, perſpectiſſimum.
Prius enim quam in locum proditoris Iudę eligendum

 alium

alium Petrus proponeret, conuocatis reliquis diſcipulis
narrauit primum inde ipſius delictum, abſque cõtrouer
ſia depoſitione dignum, nihilotamen minus adiecit, &
mortem dicens. Et ſuſpenſus crepuit medius. Et ne his
quidem contentus ne forte occulta, nec ſatis probata ar-
gui poſſet notorietatem facti his verbis ſubiunxit. Et no
tum factum eſt omnibus habitantibus in Hieruſalem.
Quin & ad hæc omnia Prophetę teſtimonio alium eius
loco ſubrogandum oſtendit. Ecce ergo in deponẽdo Epi
ſcopo etiã omni ſcelere & infamia reſperſo, quãta circũ
ſpectione vtendum apoſtoli tradiderunt, alioquin ſi hoc
priuati cuiuſque, vel paucorum pręſertim infimæ ſortis
hominum iudicio fieret omnia eſſent proculdubio ambi
gua, atque inordinatiſſima. Vide ergo impudentiſſimę
Valdenſis quo te tua temeritas, ignorantiaque deduxit
vt tuo ſenſu ſacerdotem reprobes, & gradu (quantum in
te eſt) deijcias, Quando ne inde quidem proditori, apo-
ſtolorum princeps cum vniuerſa eccleſia ſucceſſorẽ pri-
us dãdum exiſtimauit, quam & culpam, & mortem eius
manifeſtam eſſe oſtẽdens Dei quoque authoritate id fie
ri poſſe cõprobauit. Agnoſce igitur errorem tuũ tot per
ſpectis illo ſtante blaſphemijs, neque tam ſanctam pote
ſtatem (que diuina eſt) ab hominum conſortio, tua perti
nacia remoue, quæ aut apud neminem mortalium ſecũ
dum tuam hæreſim eſſe poteſt, aut quis ille ſcit? nemo

> replicatio Valden. quo ad manife-ſtos peccatores.

agnoſcere. ☞ At qui aduerſus has electiones vnicum ad
huc tui barbæ refugium habere ſe putant. Non negam⁹
inquiunt, ſcrutatorem cordium ſolum eſſe deum, qui vt
ſcriptura dicit, Scrutatur corda, & probat renes. Et pro-
pterea hominũ opera an ſuam promereãtur gratiam ip
ſi ſoli ad certum eſſe cognitum, & coniectura tantum ab





cęteris mortalibus perſpecta fieri. Verum quo pacto cõ
ijcere id poſſimus ipſemet docuit, dum dixit. A fructi-
bus eorum cognoſcetis eos. Non enim poteſt arbor ma-
la, bonos fructus facere, neque bona malos.
Quamuis igitur de bonis operibus, difficile ſit iudi-
care. Eo quod a mente meritum recipiunt, mala tamen
ſeipſa detegunt, neque ex mente bona eſſe poſſunt, præ-
ſertim vbi aperte diuinæ legi aduerſantur. Suntque ma-
nifeſta, Igitur ſi video pontifices, & ſacerdotes palã quo
tidie, vt pote, luxuria defluentes, aliena rapientes, proxi
mos cedentes, bonoſque inſectantes, nomen dei blaſphe
mantes, eccleſiæ patrimonium in voluptates, damnatoſ
que vſus prodigentes. Num ambigere poſſum, eos (qui
talia agunt) dei non miniſtros, ſed hoſtes publicos eſſe.
Etiam ſi ab vniuerſa chriſtianorum ſynodo, vel a ſum-
mo pontifice, vel a petro ipſo conſtituti ſint, aut confir-
mati. Quanto vero magis ſi hi, qui alios ordinãt, & prę
ficiunt illis ipſis ſint deteriores, eorumque opera in aper
to multo peiora. Quid quũ palam eſt pecunia pontifi-
catum licitaſſe, & ſacerdotia eos venalia exponere, Eoſ
que non errore, ſed certa malicia eccleſijs pręficere, quos
omni ex parte conſtat eſſe indignos, nihilque in tota vi-
ta egiſſe non modo ſacerdote, ſed ne Chriſtiano quidẽ
dignum. Talibus ne ergo ſacerdotibus, & prælatis pare-
bimus? qui neque verbo, neque opere, ad ſalutem nos in-
citant. Sed ad interitum potius ſecum trahere conantur
Nonne ſaluator dixit, Cecorum ductu non eſſe ambulã
dum? ne ſi cecus cecum ducat, ambo in foueam cadant.
Num & tales ad vitæ eccleſiæ & Chriſti corpore abſci-
ſos, & igni deſtinatos ipſe idem Chriſtus (vt ſuperius di
ctum eſt) pronunciauit. Qui igitur fieri poteſt, vt is ſit

Christi vicarius qui non eſt Christianus nec myſtici corporis Christi membrum? quemque velut Ethnicũ, & publicanum vitari, ipſe iubet, dum eſt ĩcorrigibibilis. ☞ At quũ huc te coarctari permittis, vt occultum peccatorem a publico diſcrimine, victum quoque fateris. Quandoquidem ex præadductis per te rationibus demonſtratum ſit euidenter, omnia eſſe deo manifeſta, Et proinde non magis a manifeſto peccatore, quam ab occulto gratiam ſubtrahere, ex qua tu authoritatem ſacerdotij pendere affirmas. Quod vt tibi perſpectiſſimum fiat. Lege quartum Leuitici libri caput, & inuenies in ipſius capitis fronte ita ſcriptum. Si ſacerdos (qui vnctus eſt) peccauerit delinquere faciens populum offerat pro peccato ſuo vitulum immaculatum. Quod enim grauius peccatum in pontifice eſſe poteſt, quam quo populus ſcandalum patitur, & trahitur ad peccatum. Quo tamen quamuis tanto ſcelere, non vitari illum, aut deponi lex illa mandat, ſed expiari ſacrificio ſcelus & pœnitentiam illius ſacerdotis expectari. Porro ſi ſacerdotem ſcandaloſum corrigi tamen volente lex illa vetus, & ſeuera tolerandum, eiuſque correctionem expectandam conſtituit. Quanto id magis in lege gratiæ faciendum exiſtimare debemus, quæ nihil expreſſius docet, quam peccata remittere, & antiquæ legis rigorem temperare. ☞ Parumque ad tuam euaſionem facit authoritas illa ſaluatoris, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Hoc enim primum non niſi in his, quæ valde ſunt manifeſta verificari poteſt, alioquin non eſt de quoquam temere iudicandum, quod malus ſit eodem ipſo Saluatore dicente. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Et Apoſtolus dicit. Nolite ante tempus iudicare

*Cõfũdit replicatio prædicta.*

*Rñdet authoritati i contrariũ adductæ.*

iudicare



iudicare quoad vſque veniat Dominus qui illuminabit abſcondita cordium. rurſus authoritas illa Saluatoris de falſis prophetis loquitur, qui, ſcilicet poteſtatem ab eccleſia non habent, ſed dicunt ſe a Deo miſſos, quales hi ſunt de q̃bus loquimur. Sicut & alio loco ſumus oſtenſuri. De illis namque qui publico eccleſiæ decreto veniunt & ſi peſſimi ſint, dicit Saluator. Quæ dicunt facite, Et omnino ſi ſunt vitandi non in eo quod eccleſiæ nomine imperant, ſed in eo quod a malo exemplo faciunt, vitari debent, ſicut ſequitur. Nolite autem facere ſecundum opera eorum, vel etiam ſi quid contra fidem docerent, quum dicat Apoſtolus, quod etiam ſi ãgelus de cœlo alienum aliquid ab Euangelio doceat, anathema ſit.

☞ His vero ceſſantibus non eſt a prælatorum obedientia in his quæ a fide, & lege dei non ſunt aliena, recedendum. Alioquin in longe maiorem errorem incideremus, vt ſcilicet principem ſubditus iudicet tolerabilius quippe eſt, & omni tum humanæ, tum diuinæ rationi conſonantius eorum iudicio multitudinem in his cedere, qui a lege ſanctorum patrum decreto ſtabilita, ſupremam habent authoritatem, quam vel vulgi opinioni ſummam ſupponere poteſtatem, vel vt ſibi quiſque ſit iudex. Poſtea ſcilicet quam omnia a lege conceſſa remedia ſunt attenta. Eo enim vſque progredi licet, vltra nõ licet. Quid enim indecẽtius atque inordinatius dici poteſt, quam vt eum eiuſque facta iudices a quo ipſe debeas iudicari, & vitæ normam accipere. Id nempe ſi liceat nemo iudicium ſubibit. nemo inuitus corripietur iudex, & prælatus erit nullus, niſi quem quiſque ſibi aſſumet.

*Aliud incõueniẽs & ſeptimum.*

C.iiij. Quippe

Cõcluſio ex p̄dictis

☞ Quippe ſi hoc ita eſſet non modo de manifeſtis. ve-
rũ de occultis aduerſus ſummos ſacerdotes iudicare po-
pulares prȩſumerent. Eoque pacto in maius ſcãdalum
atque diſcrimen eccleſia deduceretur multoque deterio-
ra contigerent, Sicuti & in terrenis imperijs ſȩpenume-
ro experientia ipſa eſt compertũ. Quotiens enim a prin
cipibus & optimatibus ad plebem imperandi iudican-
dique authoritas tranſlata eſt totiens imperia in peſſi-
mi iere. Fit ergo ex prȩdictis longe perſpectiſſimũ, om
nem eccleſiȩ authoritatem, & poteſtatem clauium in p̄
ſenti ſȩculo eſſe incertam atque ambiguam hac Valdẽ
ſium ſuperſtitione admiſſa. Ita vt ne hi quidem ipſi ex
ſua ſecta quempiam abſque manifeſte temeritatis nota
ſacerdotij authoritatem habentẽ demonſtrare certo iu-
dicio poſſint, quo vno argumento reſpuẽdam eſſe ſectã
hanc ratio omnis ſuadet (vt pote) quȩ nihil nobis de ſa-
lute certum promittat, neque de eccleſiæ poteſtate. Quȩ
ſane ratio abunde ad illam confundendam & ſanctæ ro
manæ eccleſiæ ſacerdotumque eius poteſtatem aſſeren
dam ſatis eſſet.

Confirmatur concluſio authoritati. ſacræ ſcripturæ,

☞ Verũ ne authoritates ſacræ ſcriptu-
ræ deeſſe nobis ad eam exterminandã arbitrentur, oſten
demus non minus ex veteri quam ex nouo teſtamento,
extare plurimas. Et eas quidẽ tam apertas, vt nullo poſ-
ſint cauillo diſſolui. Neque tamen per ſingula diſcurre
re ocium eſt. Sed ex his (quæ magis vrgentes nobis ſeſe
offerent) nõnullas citabimus vt alijs materiam inueſti
gandȩ profundius approbãdȩque veritatis relinquam⁹

Ex veteri teſtamẽto

☞ Atque (vt a veteris teſtamenti canone initium facia
mus) Nonne deus leui & liberos eius primum, deinde
Aaron & eius progeniem. Et denique ob ſumptum de
ſacrilego homine ſupplicium phinees & generationẽ
eius pacto



eius pacto ſempiterno ſacerdotes ſibi conſtituit, & per
Moyſen & Aaron ipſum ordines ſacerdotum & leuita-
rum diſtinxit. Poſt annos deinde plurimos Dauid rex
& propheta, ex triginta octo millibus eius ordinis viris,
qui a viginti annis & ſupra ſuo tempore ſunt inuẽti my-
ſterijs templi & ſacrificij rerumque diuinarum certum
numerum attribuit. Et deinceps eo ordine procedendũ
per generationes lege ſanxiuit. Quo ex genere ſummũ
in primis ſacerdotem eſſe oportuiſſe manifeſtũ eſt. Por
ro ad expiãda populi ſcelera per eorum man⁹ ſacrificia
offerri ſupplicationeſque & orationes fieri, deus ipſe iuſ
ſerat, tantamque illis authoritatem cõceſſerat vt ex ore
eorum negocium omne pependiſſe ſcriptura comme-
moret illiſque non parere, capitale & ſacrilegum eſſet.
Quis vero negabit ex eo genere fuiſſe plurimos, impios
reprobos & deo ſumme odioſos. Quippe ex ipſius ſacrȩ
ſcripturæ diſcurſu plȩrique noĩatim, ideo reprobati de-
prehenduntur. Inter quos hely ex diuina in eũ, eiuſque
prolem vindicta eſt notiſſimus. Et aliquo etiam tempo
re oẽs quum dixerit Hiere. a propheta vſque ad ſacerdo
tem cuncti faciũt dolũ. Et ſi qui fuere cæteris meliores,
oẽs tamen (vt apoſtoli verbis vtar) lex conſtituit infir-
mitatẽ habentes. Et qui quotidie neceſſitatẽ haberent,
prius ꝓ ſuis delictis hoſtias offerre. deinde pro populo
Ecce igitur quã aperte legis antique teſtimonio admo-
nemur. Principiũ quidem ſacerdotij a deo in certo hoĩe
de ſe optime merito cõſtitutum eſſe. Deinceps vero ſuc
ceſſorio iure ob illius meritum in eius poſteritatem trãſ
latum, quamuis ſciret maximã eorum partem nõ mo-
do pares illi meritis nõ futuros, Verũetiã plȩroſque in
omne genus ſacrilegij & impietatis collapſuros Quorũ
qui tempore

qui tempore ſaluatoris extitere,fuere proculdubio, eo= ipſo teſte omnium deterrimi, perditiſſimique. Num igitur interea (donec in eū tranſlatum eſt ſacerdotium) mutatum eſt ex illorum ſcelere legis decretum? Pro= fecto licet varijs frequentibuſque flagellis,ea ex cauſa. Et populum,& ſacerdotes ipſos afflixerit? Nunquam tamen donec ad Chriſtum ventum eſt, ab eo genere ſacerdotium abdicauit. Quemadmodum neque Chri= ſti ipſius generationem, a patriarchæ Abrahæ,& Da= uid regis progeniæ. licet in his non pauci a deo fuerint reprobati. Quod apertis verbis deus ipſe, per os pro= phetæ pronunciauit, Pſal. octuageſimo octauo. quum enim permiſiſſet elegiſſe ſe Dauid & ſemen eius ine= ternum ſibi conſecraſſe, ſubiungit. Si autem derelique= rint filij eius legem meam,& iuſticias meas prophana= uerit &c. viſitabo in virga iniquitates eorum &c. Mi= ſericordiam autem meam non diſpergam ab eo, neque prophanabo teſtamentum meum,& quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Semel iuraui in ſancto meo,nec mentiar ſemen eius in æternum manebit, & quæ ibi ſequuntur. Sed & propter pręclara Abraham Iſaac,& Iacob patriarcharum merita plurima genti illi errata condonauit Eoſque multis periculis eripuit. Ita mediuſſidius in ſacerdotio noui teſtamēti (Cuius typū vetus illud ſacerdotium gerebat) factum fuiſſe manife= ſtum eſt. Vt primum quidem omnium optimum deus ſibi inęternum ſacerdotem conſtitueret Chriſtum Ihe= ſum. Ipſe vero Apoſtolos,quos multis probamentis (vt diximus) ydoneos cognouerat,& his vita functis eos nō qui generatione, vt prius ſed qui electione in eorum, lo= cum erant ſucceſſuri (tam etſi) partem eorum fortaſſis

maximam ab



maximam ab ipſorum traditione & doctrina (quantum ad mores & inſtituta ſalutifera attinet) diſceſſuros non ignoraret. Multo quidem puriores eſſe decebat eos, quo rum ex ſanguine Chriſtus ipſe dei filius naſciturus erat, quam quorum vel manibus tractandus, vel cerimonijs colendus. ☞ Nonne & in libris numerorum legiſti, per os pſeudo illius prophetæ Balaam vera deum prędixiſ= ſe? Eo quod prophetę perſonam quamuis improbus ge= reret. Sicuti de Caypha Ioannes euāgeliſta teſtatur. At que vt iam nouę legis teſtimonia proſequar. Quid po= teſt eſſe manifeſtius præcepto ſaluatoris? ☞ Supra ca= thedram (inquit) Moyſi ſederunt ſcribę,& phariſei, ſup ple mali & ſcœleratiſſimi. Sed audi quid ſubadijcit, que cumque dixerint vobis facite. Nolite autem facere ſecū dum opera eorum. Vide ſi potuit apertius aduerſum te ferre ſententiam improbe Valdenſis. Noli igitur inter pretationē tuo ex capite afferre aduerſam literę, q̃ cōſo nam,& a ſūmis, ſanctiſque theologis ꝓbatā aduerſum te nō admittis. ☞ Attēde inſup q̃d ſaluator ip̄e faceret quū leproſos mūdaret, inueniēs ꝑfecto illū, eos ad ſacer dotes ire,& offerre ſacrificiū, a lege inſtitutum iuſſiſſe. Quodquidē ꝑ manus ſacerdotū in Leuitico certo ritu li tari oportebat. Et ne id quidē tantū ſed pro eius quoque pctō orare ſacerdotē. Num & ipſe ſaluator pro ſe ip̄o dū in tēplo oblatus fuiſſet, a parētibus ſacrificiū offerri vo luit. Et proinde ſe velut hoīem legis miniſtro ſacerdoti profiteri. hoc autē manifeſte oſtēdit noluiſſe illū in ea ꝑte authoritati ſacerdotū ꝑ ſuā legē derogatū iri. Quā uis eſſent (vt dixim⁹) oīm peſſimi. Immo ſi Ioſepho hi ſtorico, ab oīb⁹ ſectis,& linguis ꝓbatiſſimo authoritati credim⁹, ꝑ ſymoniacā labē a romanis p̄ſidib⁹ cōſtituti.

Quod ſi nobis

Alia au= thoritas veteris te= ſtamenti.

Adducun tur autho ritates no ui teſtamē ti ex do= ctrina ver bis & fa= ctis Chri ſti.

Oſtendit ex facto ſaluatoris

rñdet ob‑iectioni q̃ aduerſus hæc exem pla fieri poſſent.

☞ Quod ſi nobis obijcias, Chriſtum ipſum eorum dignitati a cæteris deferendum voluiſſe, Se vero aliter ac doceret feciſſe. Quippe qui eos frequenter, aſtante etiã populi multitudie opprobraret,& ypocritas duceſque cęcorum appellaret. Nos tibi hæretice ex Euãgelio reſpõdemus illum quidem vti Dei filium hoc feciſſe,qui ad veritatem docendam,& impietatem execrandam venerat,nullique eo reſpectu ſubiectus erat poteſtati quin illi ſubiecta erant omnia. Verum quum perſonam ſerui geſſit eorum iudicium non detractauit. Ad cõſpectum nanque ſacerdotum principis adductus,quum de doctrina ſua interrogaretur,nõ dixit. Ad te cognitio in me nõ pertinet. Sed quid queſo ego(inquit)ſemper publice docui,interroga eos qui me audierunt,ac ſi diceret. Non debes tu iudex,quum ſis,ex ore meo requirere quod eſt omni populo manifeſtum. ipſius quoque pontifice ſeruo illum percutienti,atque quod irreuerenter reſpõdiſſet arguenti reſpondit,Si male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo. Quod quidem perinde eſt ac ſi dixiſſet. Agendum eſt coram iudice teſtimonijs non iniurijs, & percuſſionibus. Apoſtoli quoque eius geſta imitati ad iudicium ab ipſis principibus vocati venerũt (quamuis in eo)quod dei pręcepto repugnabat,parere recuſauerint Nũquid & Cayphę impuriſſimo homini Prophetę ſpiritum Deus dedit,de eo quod erat pontifex anni illius. Iohannes euangeliſta teſtatur. Sicut in veteri teſtamento Balaam contigerat. Igitur ſi talem,tantumque honorem exhibendum Saluator cenſuit ſacerdotibus antiqui teſtamẽti,q̃ vmbra dũtaxat erãt veri ſacerdotij, ꝙ ipſe poſtq̃ eo munere i ſuo ſãguie ſeu hoſtia abunde eſt defũctus ſuper ſeipſum in finẽ vſque ſęculi huius ſtabiliuit.

Quanto



Quanto maiorem æſtimare debes ipſis Chriſti cooperatoribus & miniſtris deberi. Quos princeps Apoſtolorũ genus electum,gentem ſanctam, populumque acquiſitionis,appellauit. ☞ Deinde vero conſidera preſſius ipſius ſaluatoris geſta,& attende qualem poteſtatem Apoſtolis ſuis,tum, quum eos elegit, dederit dedit profecto, ęqualem omnibus. Inter quos,& Iudas proditor nominatur. Hunc autem tametſi,prius etiam quam dominũ, deumque ſuum proderet, fur eſſet, nunquam tamen viuens reprobaſſe aperte legitur. Quum & in illa nocte, quæ ſibi extrema vitæ fuit,illi corporis & ſanguinis ſacramentum cum reliquis miniſtrauerit. Et deinde ad oſculum,quod proditiõis ſignum hoſtibus dederat,illum velut amicum admiſerit. Et proinde,quum Apoſtolis dixit,qui vos ſpernit,me ſpernit,ne hunc quidem excœpiſſe credendus eſt, neque hunc miraculorum, & ſanitatum,pellendorumque demonum prærogatiua exauthoraſſe,quem domus ſuæ,reique familiaris conſtituerat diſpenſatorem. De quo ſane,& eius ſimilibus intelligi poteſt,quod apud Lucam,& Mathæum Saluator dixiſſe, legitur,in extremo illo iudicio multos fore, qui rationẽ repoſcenti iudici dicent. Nonne in nomine tuo demonia eiecimus,& virtutes multas fecimus,& coram te mãducamus,& bibimus,& in plateis noſtris docuiſti? Quibus ipſe reſpõdebit,neſcio vos vnde ſitis, nũquam noui vos,diſcedite a me omnes operarij iniquitatis. Ecce quam aperte demonſtrat,ne tum quidẽ,quum has virtutes,operarentur a deo cognitos per gratiam fuiſſe,quũ dicat,nũquã noui vos,ne forte dicas,fuerũt illi ipſi quidẽ aliquando boni,& deo grati. Et tũc ꝑ eos mirabilia operatus eſt,ſed aduerterunt ſe poſtmodum ab eo,quod quidem de

Alia probatio ex ꝑte ſaluatoris.

dem de plæriſque non negamus . Verum & alios quoque fuiſſe oſtendimus , quorum qui abſcondita corda hominum rimatur deus nunquam rectam fidem perſpexerit , nec tamen minus , per eos mirabilia , virtutis ſue ad aliorum vtilitatem oſtendere voluerit.

Ea potiſſimum ratione quod officium publicum gerebant, ſacerdotum ſcilicet & dei miniſtrorum, Igitur ſi p̱ tam improbos, qualis Cayphas, qualiſque iudas fuere, & prophetauit, & miracula fecit. Quanto magis per nos ſacramentorum gratiam conferet, bona fide accipientib⁹, qui & ſi mali ſumus, abſit, tamen a nobis vt in eum maliciæ gradũ aſcribam, ☞ Quod ſi Chriſti, vel dicta, vel facta non ſatis tibi rem manifeſtam faciunt, crede, vel eius Apoſtolo apertius fortaſſis apud te loquenti, ipſe et enim dicit. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. ipſi enim vigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Neque enim ambiguum eſt, qui & a malis pręlatis de commiſſis ſibi gregibus rationem Deus ſit exacturus. Neque mirari debes, quod etiam malis ſacerdotibus obediendum eſſe Deus ſtatuerit, in his quæ ad officium eorum pertinent, & legi diuinæ nõ aduerſatur. Quãdo & de prĩcipibus, magiſtratibuſque terrenis pariter ſtatuerit, Sicut Petri, & Pauli Epiſtolis admonemur.

adducitur authoritas Pauli.

Quia nimirũ, & hi dei vicem in terris gerunt, quantũcunque ĩiqui ſint, & infideles, quamdiu populis præſũt. non eſt enim poteſtas, niſi a deo, vt Paulus ipſe teſtatur. Et ob id ſubiungit. Quod qui poteſtati reſiſtit, Dei volũtati reſiſtit. Propterea Saluator Pilato reſpõdit. Nõ haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Ad hęc non modo principibus parere lex Chriſtiana præcipit , Verumetiam regem honorificare



norificare, & pro eo orare Apoſtolorum princeps admonet. Et quis tunc rex erat. Audi a Iudeis ipſis, non habemus regem, niſi Cæſarem . Quis vero Cæſar eo tempore fuit quo Petrus, & Paulus Epiſtolas ſcripſere , plane crudeliſſimus omnium , qui ante eum fuerãt, quique illi ſucceſſere Claudius Nero, q̃ & prim⁹ ædicto publico Chriſti regionem p̱ſecutus eſt. Pro hoc tamen orare petrus, & hunc honorare Paulus docuere.

Sub quo & paſſi ſunt, Sed qua ratione quia Dei locum quamuis indigniſſimus inter mortales ob imperij dignitatem obtinebat, quippe corporũ & terrenarum rerum, non etiam animarum. Quãto ergo maiorem illi, & reuerentiam, & obedientiam pręſtare debes, cui etiam animam tuam ligandi atque ſoluendi dedit. Deus poteſtatem, quique tanto, quocumque terreno, quamuis optimo maiorem obinet dignitatem, quanto terrenis pręſtant cœleſtia. ☞ Sed neque diſparitatem ex eo conſtituas inter ſeculi principes, poteſtateſque & eccleſiæ paſtores atque pręlatos, quaſi illos deus pro merito populorum bonos, vel malos conſtituat. Hos vero, vt pote ſacrarum rerum miniſtros ſemper bonos eſſe oporteat, Hoc nempe ex ſcripturæ teſtimonio manifeſte conuincitur. Pari enim iudicio rebellẽ populũ pio, ſapienteque principe, & bono ſacerdote cariturum per Eſayam Deus pronunciat, quũ dicit. Ecce enĩ dominator dominus exercituũ auferet ab Hieruſalẽ & ab Iuda validũ, & fortẽ, panes, & omne robur aquę, & fortẽ, & virũ bellatorẽ & iudicẽ, & prophetam, & ariolum, & ſenem principẽ ſuper quinginta & honorabilẽ vultu conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentẽ eloquij myſtici, & dabo pueros principes eorũ effrenati dominabuntur eis, & quæ ibi ſequuntur.

Oñditur eã dẽ rõnẽ eſſe in p̃latis quã in pricipib⁹ ſecularibus.

ſequuntur. Quod & apertius Iob patriarcha teſtatur dũ
dicit, quod propter peccata populi regnare facit domin⁹
hypocritam, quo etiam ſpectat, quod in Oſea legitur.

*Probatur authoritate Iacobi.*

Qualis populus, talis & ſacerdos. ☞ Eorum inſuper po
teſtatem atque authoritatem ex deo eſſe vimque & effi
caciam habere. Iacobus manifeſte oſtendit, dum in epi
ſtola ſua canonica dixit, Infirmatur quis ex vobis, Indu
cat preſbyteros eccleſiæ & orent ſuper eum & vngant eũ
oleo In nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit īfirmũ
& alleuabit eum dominus. Et ſi in peccatis fuerit, remit
tentur ei, non enim dicit oratio preſbyterorum ſaluabit
eum. ſed oratio fidei id eſt meritum eccleſię in cuius fi-
de fit oratio, de quo etiam infra plenius dicetur. Multa
quidem & alia tum teſtimonia, tum exempla, tum vero
argumenta ex ſacris literis citare haud difficile foret.
Sed videntur nobis ad errorem hunc conuincendũ hæc
(quæ diximus) eſſe nimio plus ſatis.

*Reſpõdet rõnibus & argumentis Valdẽſium.*

☞ Quãuis autem
ex his, quæ in partem noſtram adduximus) horũ hęre-
ticorũ obiectionibus ſatis ſuperque ſit reſponſum. Quo
tamen apertius veritas eluceſcat, ſingulas particulatim
accommodatis reſponſionibus abijcere conabimur.

*Ad priam rationẽ negatur pręſuppoſitũ.*

☞ Primũ quidem dum dicunt cauſas finales, propter
quas ſacerdotium Chriſtus Petro cõtulit in ſummo põ
tifice, & cæteris Romanę eccleſię prelatis penitus ceſſa
re. fidei ſcilicet & charitatis feruorem, & vitæ ac doctri
næ fructum. Nos ad hoc primo loco dicimus hos blaſ-
phemos Valdenſes multa de nobis temere iudicare ma
la, quę ratiõe aliqua tolerari, in ipſis pręſertim ſummis
pontifibus poſſunt, neque ſubditorum iudicio eos ſubia
cere diuina lex humana ve permittit. Quid enim ſi ad
pia opera, publicamque chriſtianorum vtilitatem, pon-

tifex pecuniã



tifex pecuniam cogat, & coactã ſeruet. Num & ſecre-
tas elemoſinas facere te ignorãte poteſt? Quid ſi bellũ
inter aliquos etiã chriſtianos pro veritatis, aut iuriũ ec-
cleſiæ defenſione ſuſcitet aut ꝓpinquis de republica be
ne meritis magna beneficia cõferat. Nõne hæc, & mul
to pria ſpecie his grauiora, a ſanctis viris facta legim⁹?
Quæ alioquin diuinæ legi, Immo & naturali eq̃tati cõ
traria videbãtur. Quid quod pueri & infantes vſque ad
mingentẽ ad parietem, totiens iuſſu dei ſunt occiſi? fur-
taque multa, cedes, & ſtupra cõmiſſa, & mendacia quo-
que excuſata? Noli igitur tam leuiter principum & ſa-
cerdotum facta dãnare. Nõne & Apoſtolorũ princeps
virum & vxorẽ, qui paruam pecuniã diminute contule
rant morte affecit. Num & Paulus inter Iudęos, a quib⁹
accuſabatur, Schiſma diſſentionemque immiſit, & infi
nita id genus ex ſacro Canone proferri exẽpla poſſent.

*Probatur non poſſe ꝓcedere.*

☞ Verũ ſint errores noſtri tam manifeſti, vt nulla ra-
tione excuſari poſſint, ſit & is qui in ſummũ põtificem
eligitur multis ſceleribus infamis. Ita vt neque doctri-
næ, neque vitæ fructus ex eo ſperari poſſit bonus. Non
ob hoc eccleſiæ authoritas in eo deficiet, ſi alioquin ſer-
uato iuris ordine ſit electus. Neque ceſſare cauſa finalis
inſtituendi ſacerdotij dici ex toto poteſt, ſaltem princi-
palis quippe non in eius perſona radicatur. Sed in eo ve
lut inſtrumento eccleſiæ virtus Chriſti exercetur pro-
pter quod quum Petro dixit. Tu es Petrus, & ſuper hãc
petram edificabo eccleſiã meam. Non ſuper ipſum Pe
trum edificaturũ ſe eccleſiam intellexit. Sed ſuper ſeip
ſum qui eſt vera petra ſicut dicit Paulus petra (inquit)
erat Chriſt⁹, & lapis angularis, & petra ſcãdali, Sicut di
cit Petrus. Igitur hoc fundamento ſubſiſtente (præter

 quod nul-

quod nullum ſtat ædificium ipſo Paulo teſte, quamuis
miniſter malus ſit, virtus nichilominꝰ ex radice proflu
it. Sicut in magiſtratibus, quos principes huius ſæculi
conſtituunt fit perſpicuum. Quamuis enim ea mente
ſint conſtituti, vt iuſticiam miniſtrent, & bene viuendi
prouincialibus normam & exemplum præbeant. Non
ex eo tamen iudiciariam poteſtatem ammittunt, quod
mali ſint, & iniuſte omnia faciant, quia non in eorum
ſed in principis perſona fundamentum habet authori
tas. Sicut igitur quū ipſū pricipis miniſtrū (quē iniquū
noſcis) pricipis nō eiꝰ gratia reuereris ꝓ eo quod ī eiꝰ ꝑ-
ſona maieſtatē imperij cōtēplaris. Ita quū pontificē cō
ſpicis, non eius merita vitam erroreſque mediteris. Sed
ſaluatoris noſtri Chriſti in illius vultu facta beneficia-
que, & diuinam poteſtatem animo reuoluas tuo ſicuti fa
cis quū eiꝰ imaginē in lapide lignove adoras. Hæc enī

Repōdeꝛ̃ formaliter argumento.

inſtituendi ſacerdotij pręcipua fuit cauſa. ☞ Quāuis &
hoc maxime cōueniat vt, quā fieri poteſt conſimilis ſit
qui eius vices gerit, idque ab initio ſummo ſtudio fecit
Chriſtus dum Petrum ad hoc munus elegit. Ita enī de-
cebat omniſciū omnipotentēque deum eundēque om-
nium hominū ſapientiſſimum facere. Quod ad omniū
ſalutem (qua cauſa humanā & *ipſe naturā* aſſumpſerat)

Perſuadeꝛ̃ exēplo familiari.

erat ꝑneceſſariū. ☞ Alienū q̃ppe foret, a ſapiente vi-
ro ne dum, a deo, in ea pugna (quā ipſe inſtrueret) ducē
a ſe ſecundū conſtituere quē ignauia & puſillanimitate
perfidiave ſciret eſſe notatū, aut nullas boni ducis par-
tes præſtaturū. Itidem & de cæteris Apoſtolis affirma-
mus. Quos pari poteſtate ob eā ipſam cauſam donatos a
Chriſto nō ambigitur? Sed ſicut rex ſapientiſſimꝰ (qui
prouinciā aliquam regno adiecit, prius quā inde abeat.





Ex principibus ſuis quos maxime idoneos procurande
prouinciæ arbitratur illi pręficit. In futurum vero, vti
optimi quique illis ſuccedant certo ordine deſignari ſuc
ceſſores ſanxit. Ita Chriſtus ad celeſte regnum recupe-
rato terreno rediēs fecit. Et rurſus, quemadmodum poſt
regis diſceſſum, quāuis non meliores iuxta eius pręſcri-
ptum eligantur, qui tamen ſorte obueniunt, publica po-
teſtate funguntur. Sic in republica chriſtiana factum
eſſe, immo fieri oportuiſſe experiētia ipſa humanaque

Reſpōdetur ad argumētum quod peccator non pōteē chriſti diſcipulus nec meretur a deo exaudiri,

ratio docuit. ☞ Cæterū, vt omnem pœnitus ambigui-
tatem ex tuo pectore erradicemus, ſacræ ſcripturæ ſen-
ſum, tam aperte tibi aperiemus vt nihil aduerſum exco
gitare deinceps poſſis. Et aliud, quo maxime imiteris
fundamentum, Amputabimus penitus ſcilicet non poſ
ſe eundem Chriſti vicarium aut diſcipulum, & peccato
rem eſſe neque poteſtatem habere apud deum pro alio,
qui ipſe dei eſt inimicus. Omnis nanque pontifex, aut
ſacerdos, aut quauis alia ſęculari eccleſiaſticave digni-
tate p̄ditꝰ duplicē perſonā gerit, Priuatā ſcilicet qua dei

Pręlatus duplicē ꝑſonā gerit

creatura rōnalis eſt, Et publicā qua dei principiſve (qui
cū officio p̄fecit) vicē gerit. Proinde quatenꝰ homo eſt
vti bonū malūve operaꝛ̃. Ita deo gratꝰ eſt, aut ingratus,
eiuſque ſeruus vel hoſtis habeꝛ̃. Quatenus vero publicā
ꝑſonā alieno noīe gerit. Siue bonꝰ ſiue malus ſit, donec
gradu ptāteve deijciaꝛ̃ in dei noīe retinet authoritatē.
Nec priuato cuiquā illū deponere licet. Neque dū ma-
giſtratū gerit ī his q̃ ad officiū ꝑtinēt, eiꝰ iuſſa detracta

Malus p̄latus ꝓ ſe nō īpetrat ſed ꝓ alio ī fide eccleſię

re. Hoc p̄ter exēpla & ſacrę ſcripturę teſtimonia (q̃ pro
xie citauimꝰ) etiā naturali rōne & quotidiana experiē-
tia īcōfeſſo ē. ☞ Quū igiꝛ̃ ſacerdos aut pōtifex diuinā
legē p̄uaricaꝛ̃ deꝰ q̃dē illū vti hoſtē hꝫ oīque grā q̃ tenꝰ

homo eſt deſtituit. Publica vero poteſtate nō prius quā vel morte vel decreto eccleſiæ, quæ eius nutu proculdubio regitur illū deijciat. Interea vero ſiquid pro ſeipſo a deo petierit, īpetrare nō meretur ei⁹ culpa diuinas ab ei⁹ pręcibus aures auertente. Sin pro commiſſi ſibi gregis ſalute in virtute ſacerdotij, & fide eccleſiæ orat exaudiri proculdubio debet, ſi iuſta petat. ☞ Veluti ſi paſtor improbus quem dominus donec alium eius loco ſubſtituat tolerandum duxit ab eo donari ſibi aliquid ſupra ſtipēdium poſtulet illi quidem cum probris & conuicijs dabit repulſam. Verum ſi pro gregis paſtura petierit confeſtim dari iubebit. Quod & de alio quolibet publico officio eadem eſt ratione indicandum. Nam & ſi quod frequenter accidit magiſtratum gerenti princeps ſit infenſus, eius tamen authoritatem tuetur, & illi in his rebus quæ ad ſubditorum commoda pertinent benigniſſimas aures pręſtabit. Parique ratione, ſi a priuato quopiā bis, aut iniuria illi ſit illata, non de illius integritate bonitateque diſceptatur, ſed quod eo tēpore publico minīe fungeretur. Quemadmodum a iudice lata ſententia, & ſi iniquus ſit, iniuſteque ſentētiam tulerit dum ordinem a iure traditum ſeruauerit nō eo minus authoritatem obtinet rei iudicatæ, quippe non ex perſona, ſed ex officio pendet authoritas. ☞ Animaduertēdum eſt igitur magnopere ne vocabulorum æquiuocatione nos decipi patiamur, Quum enim Chriſti diſcipulū dicimus, ſi vim, atque ethimologiam vocabuli ad perſonam referas, Is eſt q̄ ipſius Chriſti diſciplinā opere, verboque profitetur. Sicuti & Platonis, & Ariſtotelis, cęterorumque in arte aliqua magiſtrorum inde euenit, vt quamprimum ab eius doctrina ad alienam pręſertim illi aduerſam trā

ſit illius

Suadetur exemplo.

declaratur quō quis dupliciter dici poteſt Chriſti diſcipulus.



ſit illius diſcipulus eſſe deſinat, & incipiat fieri alienus. Propterea ei (quē Chriſtus illuminauerat) cęco nato opprobrantes pricipes ſacerdotū, & phariſei dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis, Nos Moyſi diſcipuli ſumus. Sin vero diſcipuli nomē ad officium referas (vt pote) dū dicim⁹ Epiſcopos Apoſtolorū locum obtinere, & ſacerdotes minores Diſcipulorum, non ex perſonę merito, ſed ex officij pręrogatiua metimur authoritatem, quę quidem reprobata priore per culpam manere nihilominus poteſt ex cōſtituētis poteſtate per gratiam. ☞ Sicubi vero qualitas vtraque occurrat, vt ſcilicet idē, & merito, & dignitate ſiue officio Chriſti, vel Apoſtolus ſit, vel Diſcipulus, nemo it īficias, duplicatā authoritatē lōge maioris eſſe, & virtuti, & efficatię. Quanto enim maiorē apud pricipē gratiā priuatim magiſtratus obtinet, tāto quicquid petierit impetrat facilius, quādo & ſolus gratiæ particularis fauor apud Deum ipſum, ſicuti, & apud huius mūdi hui⁹ principes publice authoritati ad rē aliquā īpetrādam ſępenumero pręſtat, in his ſcilicet quæ extra ordinem ſunt, nec ab officij poteſtate dependēt. Nempe ſacramenta ex ordine, non ex merito ſumunt efficaciam. Qua ratione in adminiſtrandis, illis quę ſacerdotali ordini ſunt conceſſa, improbus quiſque ſacerdos plus authoritatis habet quā ipſa dei genitrix, hęc ſiquidem nō ex miniſtrātis, ſed ex ipſi⁹ chriſti merito, neque ex ſacerdotis ſed ex xp̄i verbis virtutē accipiūt, ſicuti de iiq̄ iudicis ſētētia dicebam⁹ in deprecāda vero pœna peccatorū, vel alia gratia īpetrāda, iuſti alicuius homūculi, aut virgūculę inocētis quā ſūmi ſacerdotes ſuffragia, plus nonnunquā opis attuliſſe palā eſt, quāuis & publica authoritas in pricipis noīe in ea quoque re plurimum poſſit, ſicuti ex antedictis ſatis ſuperque liquere putamus. ☞ Verum & hāc

In q̄bus & q̄n in plato plus poteſt publica authoritas, q̄ pticularis dei grā & ecōtra.



rum & hāc

Cõproba-
tur autho-
ritate ſacrę
ſcripturæ.

rũ & hãc duplicis in ſacerdote ꝑſonę diſtĩctionẽ a ꝑta ſa
crę ſcripturę ſentẽtia, a ꝓbatiſſimo authore ꝓlata com-
ꝓbare iuuat. Scribit apoſtolꝰ Thimotheo diſcipulo, quẽ
Epiſcopũ cõſtituerat, de ſacerdotibus in hęc verba. Qui
bene ꝑſũt pręſbiteri duplici honore digni habeãtur, ma
xime ꝗ laborãt verbo, & doctria. Vides nẽpe in his ver-
bis ꝗ̃ perſpicue ſacerdotis ꝑſonã bifrõtẽ facit. ꝗd em̃ ſibi
vult duplicatꝰ honor pręſbitero, ꝗ bñ pręeſt exhibendꝰ?
niſi quod alter dignitati debetur, alter virtuti. Neque ab
re id quidẽ, qñ & vtroque nobis ꝓficiat officio ſcilicet in
fide eccleſiæ, & doctrina, vel exẽplo in propria. Et hæc
ad duo priora Valdeñ. fũdamẽta (fallor ni) & ipſi dũ ve
lamẽ obſtinatiõis a cordibus ſuis reijciãt, plꝰ nimio ſatis
eſſe indicent.

Rñſio ad
tertiũ arti
culum,

☞ Ad tertiũ vero tã vulgaris eſt reſpõſio
vt ſilentio prętereũda videatur. Neque eni peccator ꝑ
culpam ſic annihilatur, vt homo eſſe deſinat. Alioquin
quo pacto plecti poſſet, qui non eſſet. immo vero quum
ex toto nihil eſſe malit, ad ęterna tamen ſupplicia diui-
na exigente iuſtitia præſeruatur æternus. Sed ad nihi-
lum redactus dicitur, qui de libro vitæ deletur, ſicuti &
is cuius ob enorme ſcęlus memoria damnantur id autem
dum fit, ad ignominiam nomẽ eius perpetuatur.

Rñſio ad
quartum.

☞ Su-
pereſt quarta Valdenſium ratio, quæ naturalem quandã
prę ſe fert honeſtatem, non eſſe ſcilicet veriſimile deum
hoſti publico, & infanti viro, delegare vices ſuas, quod ſa
piẽs pricepsnemo faceret. Hoc ei ex iam deductis con-
uincitur falſũ eſſe, deũque ob populi pctã, malos princi
pes, & ſacerdotes in pœnã, vel dare, vel permittere, quẽ-
admodũ fideles populos, in ſua religione viuẽtes ob ſce
lera quę ſalua fide cõmittũt hoſtibꝰ in ꝑdam frequenter
illũ dediſſe ſcriptura teſtatur, atque vtinã non & noſtra
hac tempeſtate hanc in nobis vindictam exerceat, quã-





uis neutique id cum facturum abſque magno prouentu
credere debeamus, vti ſcilicet vel mali cõuertantur, vel
boni exercitatione hac fiant meliores.

Rñſio ad
aliud obie
ctum.

☞ Parui autẽ eſt
penſi quod Valdenſes dicebant non decere, vt ab impio
ſacerdote Chriſti ſacramenta pręſertim corporis, & ſan
guinis ſui ſpecies contractentur. Quando & ipſe viuẽs
non modo a perfidis Iudęis, & infidelibus paganis, capi,
crucifigique ſe paſſus eſt. Verum & a dyabolo ſupra mõ
tem excelſum, & ſupra templi pinaculum deferri, nihil
enim hoc ſue detrahit dignitati, Quippe ꝗ vbique quo-
modo ipſe vult totus eſt. Eſſendi vero modum, ex crea-
turarum (quibus ineſt) diuerſitate ipſe conſtituit. Et pro
inde ſicut in ſua paſſione iudęi, & Pilati miniſtri ad ſuã
ipſorum damnationẽ, Ioſeph vero, Nicodemus, & pie
mulieres ad æternam ſalutem illius corpus attractarũt.
ita impius ſacerdos Eucariſtię ſacramentum, ad interi-
tum ſumit, fidelibus autem miniſtrat ad vitam

Rñdetur
authorita-
tibus vete-
ris teſtamẽ
ti in cõtra-
rium con-
ductis.

☞ Sublatis vero rationibus aduerſum Catholicam ve
ritatem adductis, multo facilius eſt authoritates e me-
dio tollere. Quod enim per Eſaiam, & Malachiã, dixit
Deus, abhominari ſe ſacrificia ſacerdotum, neque ora-
tionibus eorum auſcultaturũ, nõ culpa dumtaxat ſacer
dotũ erat, ſed & populorũ, qui eo cœcitatis, atque obſti-
nationis prolapſi erant, vti ne ſanctorum quidem pręci
bus adiuuari poſſent, quippe qui conuerti nollent, ſicuti
& de his per Ezech. dixit dominus, ꝙ neque ſi Noe, Da
niel, & Iob, interceſſerint ſaluabuntur. Quod aũt Saul a
deo poſt pctm̃ fuerit derelictus, hoc noſtrã ꝑtẽ adiuuat,
quoniã & ſi grã deſtitutus eſſet, quãdiu tñ regno ꝑfuit,
ab ipſo etiã (quem perſequebatur) Dauide dei amico, &
regni ſucceſſore deſignato, velut rex eſt habitus, cultus,

Reſpōde tur autho ritatibus noui teſta menti.

& adoratus & Chriſtus dei appellatꝰ, publicoque luctu mors eius deplorata eiuſque occiſor vti ſacrilegus, & parricida morte mulctatus. ☞ Cæterum authoritates ex euāgelica lege aſſumptas difficilius ea rōne ſolui poſſe videbitur. Quod maiorem in diſcipulis ſuis perfectionem Chriſtus exegit, quam in veteris teſtamenti ſacerdotibus lex antiqua requireret. Propter quod quum arctiora præcepta illis daturus eſſet, hæc verba præmiſit. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Verū tamen ex præmiſſis perfacilis eſt ad obiecta reſponſio. Ea enim ipſe decreuit quę ſucceſſores vicarioſque ſuos ſeruare voluit. Non vſque adeo tamē hoc eos præceptorum vinculo alligauit. Vt ſi non ſeruarent, cōfeſtim vicaria poteſtate quātum ad ſubditos eſſent deſtituti quāuis & ipſius gratia fierent indigni, quemadmodū ex ſuperius dictis luce elatius oſtenſum putamus.

Reſpōde tur ad illā ſententiā ſaluatoris niſi qs re= nunciaue rit oibꝰ q̄ poſſidet.

☞ Quod vero Chriſtus diſcipulum ſuum negat eſſe poſſe, quicūque omnibus, quę poſſidet, non abrenunciauerit, quamuis ex his (quæ in ſolutione ſecundæ obiectionis diximus) ſatis ſit diſcuſſum, oſtenſumque diſcipuli nomen duplicē habere ſignificationem. Examinandum eſt tamen paulo *attentius. Introſpiciēduſque* preſſius verborum ſenſus, & menti non cortici attendendum. Neque tamē a verborū proprietate diſceſſuri alia ratione ſumꝰ quam vt ex ipſius met euangelij authoritate ſenſum eliciamus, & oſtendamus manifeſte hāc ſaluatoris mentē fuiſſe. Non enī nos latet, qua cum gente certandū nobis eſt quāque ſunt in literali ſenſu (quum in rem ſuam facere videtur) pertinaces. Igitur quod diſcipulū ſuū Chriſtus dicit fieri nō poſſe, qui nō prius oībus q̄ poſſidebat

renunciauerit,



renunciauerit, ſi nos (vt verum eſt) intelligendum eſſe ita dicamꝰ, vt animo & affectu quecūque poſſidet abijciat & contemnat, nihilque ea in dei comparatione pendat, irridebunt ilico reſponſionē noſtram. Et hanc manifeſtam eſſe litere non interpretationē, ſed deſtructionem exclamabunt. prę ſertim quod ex ipſius ſaluatoris & Apoſtolorum facto, qualis eius mens fuerit, liquere manifeſte poteſt. Et ex alijs etiam eiuſdē ſaluatoris verbis. Ei namque, qui ſe mandata legis a iuuentute ex aſſe ſeruaſſe gloriabatur, Reſpōdit. Si vis eſſe perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Sed ſiſte parumper gradum obſtinate legis diuinæ calumniator. & intelliges (ni fallor) apertiſſime, & ea quæ Chriſtus dixit vera eſſe, & noſtrā intelligentiam ab eius ſententia non deuiare.

Oſtendit nō eſſe p̄cepti ſed cōſilij oīa bona di= mitti. eti= am præſe ctis.

☞ Neque enim negamus perfectionis hoc eſſe cōſiliū, vt qui in ſæculo diuitias obtinēt oīa in vſus pauperū erogent & diſtribuāt. Nihilque ſibi ipſis retineant neque de ſua ipſorum vita ſint ſolliciti, aut de craſtino cogitēt, duaſve tunicas habeāt. Sed hoc primum neceſſitatem, nemini imponere affirmamus. etiā his qui perfectionis ſtatum profitētur. Quales nos eſſe fatemur qui eccleſiæ regimen licet immeriti ſuſcepimꝰ

Probatur ex actibꝰ apoſtolo= rum.

☞ Alioquin & Apoſtoli ipſi reprehendendi eſſent, qui ex diſcipulorū patrimonio redactā pecuniam ſeruabāt & pro ſingulorum neceſſitate diſtribui curabant. Quin imo leuitas (qui viduis ex ea miniſtrarent) & in his Stephanum prothomartirē elegerunt, & Ananiam, & Saphiram (qui non integre pecuniam detulerūt) Apoſtolorū princeps diuina reuelatione morte mulctauit. Paulus quoque ad Corinthi. ſcribens fieri iubet collectas, pecuniamque ſeruari in aduentum ſuum vt mittantur

diſcipulis

Probat͛ ex geſtis chri ſti.

dîſcipulis qui erant in Hieruſalem. ☞ Nōne & Chri-
ſtus pecuniam habebat, ex qua preter id quod in neceſſa
ria illi eiuſque diſcipulis alimenta expendebatur, & in
pauperum alimoniam erogabatur aliquid ad explendā
iudę ꝓditoris auariciam ſupererat quod ipſe furabatur.

Probatur ex eius diſ cipulis La zaro & ei⁹ ſororibus

☞ Num & Lazarus, & Martha & Magdalena diſcipu
li fuere ſaluatoris? Et non hoc tantum, verum inter cæ-
teros valde dilecti. Nullus quippe in vniuerſa ſcriptura
inuenitur, quē locupletioribus teſtimonijs Chriſti ami-
cum fuiſſe conſtet, ſicut Lazarus ipſe, hoc ſiquidē Chri-
ſtus primum teſtatus eſt dum dixit, Lazarus amicus no-

Teſtimo nia de La zaro quod eſſet Chri ſti amicus

ſter dormit. hoc Ioannes euangeliſta, & ipſe deo dilect⁹
apertis affirmat verbis. Hoc & Iudęi manifeſtis iudici-
js cognoſcebant, quum dixerūt. Ecce quomodo cum di
ligebat, hoc & eius ſorores his verbis proteſtate ſunt. Ec
ce quē amas infirmatur. Verū neque hic, neque ſorores
eius oēs facultates ſuas pauperibus erogauerūt. Quin ca
ſtellū habebant & domū locupletē in qua Chriſtū eiuſ
que diſcipulos recipiebāt atque reficiebāt. Et vnguentū
quoque magdalena ſeruauerat, quod trecētis denarijs ve
nūdari potuiſſet ex eiuſque precio egenis nō paucis ſub
ueniri. Quod ſane nōmodo nō improbauit ſaluator, ve
rum murmurātes aduerſus eā diſcipulos ſeuera increpa
tione cōpeſcuit, opuſque mulieris & defēdit, & ſūmope
re cōmēdauit. Neque tantā de egenis curā habendā eſſe
docuit, quin & ī alia pia opa nōnulla ſeruentur. ☞ Sed

Itē aliud ex Nico- demo.

quid in his exemplis perquirendis laboramus? Quando
apertum euangeliſtę extat huius rei teſtimonium. Hæc
enim ſunt Mathęi euangeliſte verba. Quum autem ſero
factum eſſet, venit quidē homo diues ab Arimathia no
mine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat Iheſu. Vides er
go eundē



go eundē & diſcipulum Iheſu & diuitē eodē tpe fuiſſe

Cōfirma tur exēplis veteris te ſtamenti.

☞ Non eſt itaque magnopere laborandum vt oſtenda
mus in veteri teſtamēto plurimos & Patriarchas, & pro
phetas, & reges fuiſſe, quibus magnę fuerunt, diuitię am
plaque ſuppellex. Et in his Abraā, Iob, Dauid, & ſuper
omnes Salomon, qui & Chriſti perſonam typice geſſit
& ſapientiſſimus hominū a deo eſt iudicatus. Et nihilo
tamen minus, omnes ferme ſui tēporis reges diuicijs, &
regni gloria anteceſſit. Hos tamē, & ſi qui ſunt alij non
ad hanc ſententiam, teſtes induco. Scio enim Valdēſes
illico reſponſuros, nō Chriſti diſcipulos eos extitiſſe, ne
que legē paupertatis tūc latā fuiſſe, quam Chriſtus mul
to poſt tempore, tulit atque ſeruauit. hanc nempe reſpon

Aliud exē plū ex apo ſtolis.

ſionē confūdit Euangeliſtę authoritas, quod & de Nico
demo ex Ioannis euangelio fit perſpicuum. Vis & alio
euangelico teſtimonio approbari reſponſionem noſtrā
quod omnia relinquere, & Chriſtum ſequi, non perpe-
tuam habet etiam in apoſtolis pręceptionem. Sed pro
loco & tempore, vti ſpūs impellit, eſt implendū Scis Pe
trum, Andream, & zebedęi filios relictis rethibus, & na
ui ſecutos fuiſſe Saluatorem. Propter quod & Petrus ip
ſe de mercede ſuæ fidei ſolicitus dixit ad Ieſum. Ecce re
liquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit no-
bis? Verumtamen poſt primam illam vocationem ad
quam nauim, & rhetia Petrus reliquit, ad eadem rediiſ-
ſe, & ſecundo vocatū rurſus ea reliquiſſe, euāgeliſtarum
contextus aperte demonſtrat. Alioquin Lucas, a Ma-
thęo diſſentiret. Sed & Saluatore ſuſcitato, poſteaquā
& Apoſtolos ipſos de ſua reſurrectiōe fecerat certiores
illi ipſi ad naues, & piſcaturam redierunt. Neque ob id
tamen illum offenderunt, quin illis piſcantibus, rur-
ſus apparuit, & piſcium multitudinē capere, & ad terrā
ducere iuſſit.

ducere iuſſit, ☞ Rurſus legiſti ne in euangelio, quod Matheus aut zacheus publicani quiſquamve aliorum qui Ieſum ſecuti ſunt, venditis facultatibus ſuis, pecuniam in commune poſuerit, ad pedes Saluatoris ſecuti apoſtoli, poſt eius aſcenſionem ſtatuerunt. Quid plura Chriſtus de victu ne ſoliciti eſſent diſcipulis pręcepit, neu de craſtino cogitarent. Illi vero quum ab Agabo propheta prænouiſſent futuram in annum ſequentem famem validam in vniuerſo orbe, non in diem, ſed in annum, ne quum fidelibus deeſſet, ex ſuis facultatibus prouiderunt ☞ Num igitur contraria iubet Chriſtus, aut Apoſtoli eius pręceptis repugnantia decernunt. Abſit a nobis vt hoc ſuſpicemur, quod ne Valdenſis quidam audebit aſſerere. Quid igitur dicemus? Profecto aliud nihil quã quod pauloante dicebamus, hæc ſcilicet Saluatoris conſilia non perpetuam, & permanentẽ habere rationẽ. ſed ex temporũ vel rerũ varietate, vti ſpiritus ſuggerit immutari. Quemadmodũ & de ieiunijs Saluator ipſe docuit dũ eius diſcipulis opprobrarẽt Ioannis aſſectatores quod nõ ſicut cęteri ieiunarẽt. Nõ poſſunt (ĩquit) qui cũ ſpõſo ſũt ieiunare, veniẽt autẽ dies quũ auferetur ab eis & ieiunabũt. Itaque quod de dimittẽdis diuitijs, & abdicandis terrenis facultatibus a Chriſto dictũ eſt, hãc quoque neceſſario recipit diſtinctionem. ☞ Noli ergo incredule interpretationẽ quę ex euãgelio ſumitur, reſpuere, alioquin contrarius erit ſibiipſi Chriſtus, & eius legi euangeliſtę ſui atque apoſtoli aduerſabuntur. Quũque videas diuites, & amicos & diſcipulos eius chariſſimos extiſſe intellige, & conſidera diuitias non eſſe Deo inimicas, nec a Chriſti diſciplina alienas. Sed abuſum earum. Et idcirco eas lege Chriſtiana improbari, quod

earum poſſeſſores

Iterũ probatur ex alio exẽplo apoſt.

Oñditur ex premiſſis hec cõſilia non habere ẽt in pfectis ppetuã rationem.

Oñditur diuitias nõ eẽ malas ſed earũ abuſũ.



earum poſſeſſores maxima ex parte illis male vtantur. Quo fit vt longe tutius atque ſecurius fuerit illos fugere atque abijcere, quam ex earum poſſeſſione cupiditatis periculum incurrere. Sicuti & de mulierũ conuerſatione, & de vini carnium & cæterum rerũ, quibus ad libidinem incitari, atque inflãmari humana mens ſolet. Pari ratione cautum legimus, & in doctrina apoſtolica traditũ quãuis nihil horum ſua natura ſit malũ. ☞ Quod quidẽ de diuitijs ĩſigni experimẽto Chriſtus nos docere voluit quum ei, qui multas poſſeſſiones habebat perſuadere nixus eſſet, vt omnia venderet, & pręcium pauperibus largiretur. Poſtquam enim illum audito hoc verbo triſtem abire perſpexit, ea re commotus, vt illius exemplo nos admoneret, quãti periculi res eſſet diuitijs affluere deteſtari illas cœpit, & dicere. Amẽ dico vobis quia difficile diues intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, facilius eſt Camelum per foramen acus, quã diuitem intrare in regnum cœlorum, per diuitẽ eum intelligens, qui ſpem ponit in diuitijs, illiſque eſt adductꝰ quod fere plerumque omnibus contigit, ☞ Cæterum ſi quis diues ſit facultatibus ſpiritu autem & mẽte pauper omnia paratus in pia opera (quum opus erit) impendere nihilque retinere quod offẽdere diuinam maieſtatẽ poſſit, is bonus erit apud deum, In eorumque numerum referetur, de quibus Saluator dicit. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et nihilominus cum Lazaro, Martha, Ioſeph Abaramathino, & Nicodemo diues facultatibus exiſtens, inter diſcipulos Chriſti annumerabitur. De hoc enĩ in ſapientia legitur Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Verũ

quia admo

cõprobatꝰ ex euang: hæc diſtinctio.

Diues. & paup apd deũ ex aĩo iudicatur.

quia ad modum eſt difficile. in affluentia rerum tempo
ralium ſeruare continentiam & egeſtatem habere in ſpi-
ritu cupiditatemque frenare, ſtatim ſubiungit. Quis eſt
hic, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita
ſua de his quoque loquitur in hæc verba Iacobus apoſto
lus. Glorietur diues in humilitate ſua. ☞ Quod ſi me
rurſus hac interpretatione euangelicam ſententiam
corrumpere pertinaciter contendas, accipe ex eadem ip
ſa Saluatoris ſentẽtia ab euangeliſtis (qui eius verba re-
ferũt) interpretationem inuenies, ſiquidem Mathęum
Chriſti verba eo (quo prędiximus) modo, retuliſſe, quã
difficile diues intrabit in regnum cœlorum. Marcus ve
ro non tam verba quam ſenſum appendens, ſic Chriſtũ
locutum commemorat, Filioli quam difficile eſt confi-
dentes in pecunijs intrare in regnum cœlorum. Quo lo
quendi modo manifeſtum facit de his diuitibus Chriſtũ
intellexiſſe, qui ſpem in diuitijs poſuere, iuxta quod per
Prophetam dicitur. Diuitię ſi affluant nolite cor appo-
nere. ☞ Attende etiam quo pacto verus diuinę legis, &
doctrinę Chriſtianæ interpres Paulus, qui non ab ho-
mine, ſed a deo (vt ipſe ſibi teſtis eſt) Euangelium acce-
pit hanc ſententiam interpretatur ad Thimothęum di
ſcipulum chariſſimum ſcribens, quem Epiſcopum con-
ſtituebat, Ait enim primum, Eſt autem quęſtus magnus
pietas cum ſufficientia, Ecce primam propoſitionem
qua ſuperfluitatem reprehendit, ſufficientiam probans
& ratione naturali perſuadet ſubijciens, Nihil enim in-
tulimus in hunc mundum haud dubium, quia nec aufer
re quid poſſumus. Poſt hæc, quia dubiũ eſſe poſſet quid
ſufficientiam appellet, adiungit habentes autem alimẽ
ta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Verum ne pu
tes plus

Iterũ probatur diſtictio ex euangelio.

Comprbatur authoritate pau.



tes plus habere abſque dei offenſione, non licere diuitia-
rumque vſum abſolute prohibitum eſſe ſubinſerit ratio
nem quare perſuadeat diuitias nõ appetere eam ſcilicet
quã ſupra memorauimus, Quia plerũque ad perniciem
trahunt, Ait enim, nam qui volunt diuites fieri, incidũt
in tentationem, & in laqueum dyaboli, & in deſideria
multa, & inutilia, & nociua que mergunt homines in in
teritum, & perditionem. Radix enim omnium malorũ
eſt cupiditas, quamquidem appetentes errauerũt a fide
& inſeruerunt ſe doloribus multis. Poſt hæc vero etiam
ad chariſſimũ diſcipulum verba conuertens in hunc mo
dũ ſermonẽ concludit. Tu autẽ o homo, hæc fuge, hæc
ſcilicet mala quę dixi a cupiditate prouenire, ac ſi aperte
diceret, quũ videas tantorum malorum cauſam multis
præbuiſſe diuitias, noli tanto te periculo exponere, ſicut
(quũ de nuptijs loq̃retur) dixit, ſolut9es ab vxore, noli q̃
rere vxorẽ, q̃a tribulationẽ carnis habebũt hm̃oi, & quo
magis oñderet idẽ de vxore, & diuitijs eſſe iudicãdũ, vi
de q̃d ſubiũgit, reliquũ eſt (iq̃t) vt qui habẽt vxores, ſint
tanquã nõ habẽtes, & qui emũt tãquã nõ poſſidentes, &
qui vtũtur hoc mũdo tanquã nõ vtẽtes. Et alio loco quũ
dixiſſet, In oĩbus exhibeamus noſmetipſos tanq̃ dei mi-
niſtros, poſt pauca ſubiũgit tanquã nihil habẽtes, & oĩa
poſſidẽtes. Igitur quod ipſe idẽ ad diſcipulũ ſcribẽs, di-
cebat, victu, & veſtitu cõtentos nos eſſe debere, nõ pro-
hibentis verba ſunt, ſed conſiliũ dantis, quod & ſequen-
tia demonſtrat apertius dum dicit. Diuitibus huius ſęcu
li pręcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto di
uitiarum, ſed in deo viuo qui pręſtat nobis omnia. Et
quæ ibi ſequuntur, in quibus & ipſis diuitibus viam ſalu
tis oſtendit, ſi non eam quam Chriſtus ad perfectionis
ſtatum

ſtatum conſequendum monſtrauerat) amplecti vellẽt.
Sed diuitias (qui eas poſſidebant) retinere mallent, ſicu
ti & Ioãnes pręcurſor, quum pœnitentię arctiſſima mo
nita dediſſet militibus etiã & publicanis ab arte ſua re=
cedere nolentibus, ſalutis nihilominus viam oſtendit.

*Ex Pauli authoritate cõfunditur opinio barbarũ ꝗ nullũ queſtum ex laboribus faciunt,*

☞ Verum adhuc ipſius Pauli quandoquidem irrefra=
gabilis eſt author, aliud teſtimonium afferre delectat.
Ad philipp. quippe ſcribens quum prius eos admonu=
iſſet vt in via dei ambularent, & induerent nouũ homi=
nem qui ſecũdum deum creatus eſt in iuſticia & ſancti=
tate veritatis, volẽs ſpecialiter atque particularibus prę
ceptis oſtendere quid ſit ſecundũ deum ambulare ſubij=
cit ſtatim. Qui furabatur iam non furetur magis autem
laboret manibus ſuis quod bonũ eſt, vt habeat vnde tri=
buat neceſſitatẽ patienti. Ad theſſaloni. quoque in hęc
verba loquitur. Rogamus vos fratres, vt abundetis ma=
gis & operam detis, vt quieti ſitis & vt veſtrum negotiũ
agatis, & operemini manibus veſtris, ſic præcipimus vo
bis. Verum in alia ad eoſdem epiſtola, multo hoc aper=
tius oſtendit, Ait enim quaſi ad hos Valdenſes (quibus
loquimur) verba dirigens audiuimus inter vos quoſdã
eſſe ambulantes in ꝗete nihil operantes, ſed curioſe agẽ
tes. His autem, qui eiuſmodi ſunt, denunciamus & obſe
cramus in domino Iheſu Chriſto, vt cum ſilẽtio operã=
tes ſuum panem manducẽt, quod ne ad ſeculares tantũ
dictum putes. Ipſe idem hoc ſe facere illis conteſtatur.
Et in actibus Apoſtolorũ legitur. Quo argumento ho=
rum barbas confundi palam eſt qui operari nihil volũt,
ſed ocio torpentes, inetieque dediti alienis laboribus vi=
uunt tanquam qui euangelij ſint miniſtri & Chriſti do
ctrinam ſequantur, qui Apoſtolis dixit. In quãcunque
domum in



domũ intraueritis comedite quæ apud illos ſunt, nõ at=
tendentes, quod & illud permiſſum eſt in neceſſitate, &
hoc etiam imperatũ. ☞ Fallor igitur niſi ex prædictis
ſatis ſuperque ſit oſtenſum, paupertatem ad ſacerdocij
dignitatem non eſſe neceſſariam, præter ſpiritualem ꝙ
in cõtemptu diuiciarum conſiſtit. Et ex conſequenti il=
la ſaluatoris verba niſi quis renunciauerit omnibus quæ
poſſidet, ita intelligi oportere vt mentem quidem ab his
abijciat, quatenus obſequio diuino, & ordinis atque offi=
cij executioni impedimẽto eſſe poſſũt, aut ex illarũ poſ=
ſeſſione manifeſtũ ĩmineat poſſeſſori periculũ. Sicuti is
(qui ab oculo vel pede aut manu ſcãdalizatur) abſcinde
re mẽbrũ illud iubetur, & a ſe ꝓijcere. Qui vero bñ vtẽ=
do pietatis officium pręſtare cupit, & ſperat, non abijce=
re penitus a ſe hæc debet. Sed prout ſuo incũbit officio.
Illa in pios ac licitos vſus diſtribuere, non quidẽ vna lar
gitiõe oĩa. Sed vti neceſſitate in proximis perſpicit. cha
ritatis ſimul & liberalitatis lege ſeruata.

*Infert ex premiſſis ad concluſionem.*

☞ Quæ cauſa
fuit, vt & apoſtoli pecuniã ex reb⁹ diſcipulorũ redactã ĩ
cõe ponerẽt, vt ſcilicet his ꝗ oratíoni vacabant) nec aliũ
de habebãt ꝓ cuiuſque neceſſitate ſubueniret. Tũc ſcili
cet quũ principes & populi pars maxima illis aduerſabã
tur hoc enĩ tẽpus erat, quo ſaluator ꝓ̃dixerat, ſaculũ & pe
ram habere eos oportere, quod quo tẽpore eos viuens ad
prædicãdũ miſerat fieri ea ratione vetuit, quod binos tã=
tum ire iubebat, & a multis recipiendos fouẽdoſque non
ignorabat. Quũ vero ſue paſſionis tẽpus inſtaret, quan
ta poſt eius mortẽ paſſuri eſſent, præuidens præcepit vt
qui haberet ſaculũ, tolleret & perã. Qua ratione ipſi quo
que (dũ per prouincias euãgelizarent) hanc curã his im
ponebãt, quos epiſcopos ſingulis vrbib⁹ cõſtituebãt, vt

*Cõprobatur exẽplo & geſtis apoſtolorum ex diuerſitate tẽporũ variari talia dei mãdata.*


ex elemoſinis

ex elemoſinis pauperum neceſſitatibus ſubuenirent,quē
admodum ex actibus apoſtolorum,& Pauli epiſtolis,p̄
ſertim ad Timothe.& Tytum, liquido perſpici poteſt.
Quippe illis viduarū ceterarūque miſerabilium perſo=
narum curā demandabat,vti ne illis advictum neceſſa=
ria deeſſent, quod & eorū ſucceſſores in ipſa etiā primi=
tiua eccleſia ſeruaſſe ex plurimis,approbatiſſimiſque
ſcripturis ſit perſpicuum. Ita vt multa promiſcui ſexus
pauperum turba,ex eccleſiæ facultatibus diſtribuentibꝰ
epiſcopis ſuſtentata ſumma cum charitate referatur, in
eumque vſum eccleſiæ patrimonia apertiſſima ratio=
ne ſunt conſtituta. Accipe & aliam variandi ex tem

Aliud exemplum.

porum qualitate rationem,in ipſius quippe naſcētis ec=
cleſiæ primordijs quum a Iudæis circūciſio ſabbatū ſa=
crificia,& omnes legis antiquę cerimonię ſubmouendę
erāt,& a reliquo orbe vniuerſo idolorū cultus, Auriſpi=
cia diuinationes victimę extorū inſpectiones,& reliqua
omnis ſuperſtitio gentiliū extirpanda confringendę ſta
tuæ,demolienda templa. Et inſuper ab omni hominum
genere arcēda ſuperbia cōpeſcēda auaricia: caſtigāda lu
xuria,omniſque effrenis cupiditas circūcidēda & aduer
ſum hęc inſerēda hūilitas,inſtituēda liberalitas,indicē=
da continētia. Et denique quicq̄d mortales delectat, pœ
ne auferendū. Et q̄cunque moleſta eſſe ſolent,eorū loco
ſubſtituēda,tunc,tunc inquā his hoībꝰ opus erat,quos &
Iudæi velut prophetas a deo miſſos obſeruarent. Et gen
tiles velut deos admirarentur, a quibus neque decimæ,
neque primitiæ,neque aliud quicquam terreni ſubſidij
exquireretur. Quippe qui tantam ſignis & diuina con=
teſtatione poteſtatem habere ſe apud deum proteſtaren=
tur, vt ceteri oēs eorum patrocinio,ipi vero nulliꝰ indi=





gerent,deo illis oīa neceſſaria abūde miniſtrante, Tunc
equidē ab oī ſuſpitione humanę cupiditatis ne dū ab oī
cauendū luxuria fuit. Et ſpernenda oīs terrena ſubſtātia
quū ſuam cōuerſationē in cœlo eſſe ipſi p̄dicarēt. Alio=
quin quo pacto duodecim illi apoſtoli vniuerſum orbē
nouis & quidē oī religioni,atque humanę licētię aduer
ſis legibꝰ ſubegiſſent. Viri p̄ſertim agreſtes,pānoſi & hu
manarū ſcientiarū,prorſus ignari, Ad hęc hebręi,q̄ gens
vbique terrarū oī ferme tēpore contēptui ē habita. Vi=
ctoria vero de orbe relata triūphoque oīm hoīm cōſen=
ſu decreto,& crucis tropheo quaquaverſum erecto, prin
cipibus ipſis rerū dn̄is illi capita inclinātibus. Equū ne
& rationi cōſonū cenſes. Eodē viuēdi genere poſt tantā
victoriā vtendū fuiſſe,aut in magna pace,ęque vt flagrā
te bello,armis incūbendū in caſtris vitā ſub pellibꝰ agē
da, exercituſque ꝑ ꝓuincias circūducēdos profecto qui
hęc dixerit,ab oībꝰ,nō ab re,laborare mēte iudicabitur
Fuit ergo poſtquā in orbē vniuerſū Chriſtꝰ ꝑ fidē pacifi
ce regnare cœpit,ab ipſa priori aſperitate quaſi reuerſo
ſponſo tēperandū. Et ſacerdotalis dignitas, maieſtaſque
alio ordine,alijſque modis oſtendenda. Quando ſcilicet
oēs orbis principes illi ſe cernuos inclinarēt,genuque fle
cterent. Et mortales quique in ſummo illā honore habe
rent. Fuit & eccleſiaſticis rebꝰ honorificētius cōſulendū
tēpla deo maiore ſumptu erigēda,ſacerdotaliaque orna=
mēta & reliqua ad diuinū cultū ſpectātia,ad cōteſtandā
hoīm religionem & deuotas in dei mentes apparatu cul=
tiore comparanda accreſcentibus quoque eccleſiæ mini
ſtris,& inſuꝑ collecticia egenorū plebe valuis ſacerdotū
aſſidēte,& viduarū,pupillorū,atq; ęgrotātiū multitudīe
ad eccleſiā cōfugiēte, de ſingulorū vita neceſſitatibuſq;

cogitandum. Quādo iam ea lex Chriſti refriguiſſet, vt q̄ eum ſequi vellent, ſua diſtraherent, & egenis largiren tur, & incohantis ſub Apoſtolorū regula eccleſiæ mos obſoleuiſſet, vt diſtractis facultatibus Chriſti fideles ad ſacerdotū pedes pręcia ꝓijceret. Hoc enī ad paucos redi gi oportebat, alioqui nulli fuiſſent ēptores ſi ſua cuncti vendere voluiſſent, tunc igitur repetenda fuere dei iura & tributa illi debita exigenda. Tūc ad certam habitati onē, & peregrinorū receptaculū ſingulis epiſcopis ædes reqrēdę ędificiaque conſtruenda, Et ad ſe ſuoſque cleri cos, & reliquam eccleſiæ turbam indigentem alendam redditus alicunde querendi, quando nō iam amplius pe ragrandus illis orbis erat. Sed in ſua cuique ſede manen dum. & commiſſæ ſibi eccleſię incumbēdum, atque ſer uiendum, nec de aliorum paſtorum regimine plus iuſto inquirendum. ☞ Ad hæc igitur omnia patrimonio vel redditibus eccleſiæ opus fuit, quod non aliūde quam ex principum, & diuitum largitione haberi poterat. Quo rum etiam religio, deuotioniſque feruor, hoc pacto pro bandus fuit, & eorum exemplo cæteri ad elemoſinas iui tandi. Tunc (inquam) predicandum populus fuit Chri ſti illud pręceptum. Reddite quæ ſunt Cęſaris Cęſari. Et quæ ſunt Dei deo. Porro deus multo iam ante tem pore dixerat. Decimæ, & primitiæ meæ ſunt, quod ſive rum eſt Deo ergo illas ex Chriſti ſententia reddi opor tet. At ipſe in cœlis eſt nullius rei indigēs. Ergo ſuis mi niſtris, velut & ipſe tradidit, perſoluendę ſūt decimę. ip ſi enim ſunt de quibus ipſe idem Chriſtus dixit, qui vos audit me audit, & ſicut ego & pater vnum ſumus, ita & vos mecum, ipſe inſuper fuit verus ſacerdos, & in eum ve teris legis ſacerdotium Apoſtolo teſte tranſlatum, & ex

ex p̄miſſis īferr̄ quod ſacerdotes licite ꝑci piūt deci mas & alia ſubſidia tē poralia.

conſequēti



conſequenti ſacerdotij iura in eum tranſfuſa. Eius vero vicem eos gerere certū eſt quos Apoſtolorum princeps regale ſacerdotium appellauit, & alius reges, & ſacerdo tes, de qua re in alio quoque articulo aliquid dicturi ſu mus, dum de cimiterijs loqueremur. ☞ Hæc itaque ad illam obiectionem abſoluendam ſatis ſufficiant, qua ex Chriſti præcepto diſcipulos omnia abijcere debere con tendebant. Cæterum vt ex eodem Euāgelij capite, quo nos impugnas Valdenſis, te conuincam. Nonne priuſ quā ea (q̄ nobis obijicis) verba Saluator protuliſſet, alia multa aſperiora, durioraque pręmiſerat, dicens. Qui nō odit patrem ſuum, & matrem, & vxores, & filios, adhuc & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Intel liges ne verba hæc ad literam, vt hos omnes odio habe amus quos lex vtraque poſt Deum ſumme diligere pręcipit. Scio profecto te non tā eſſe mentis inopem vt hoc dicas, ſed intellexiſſe Chriſtum, vt non eos, ſed eorum facta dicta ve tunc oderimus, quum nos a Chriſti amo re ſeruituteque nituntur auertere, aut omnino non ita amemus vt carnalis ille amor nos ſeparet a diuino.

rurſus alia rōe cō pro batur iter pretatio ſu pradicta ſētētia euā gelica

Quæ ſane interpretatio ex alijs ſaluatoris verbis per ſpicue cernitur, quum alio loco dicat, qui amat patrem aut matrem ſuper me, non eſt me dignus. Ecce quid ſit patrem aut matrem propter Deum odiſſe, non amare, ſcilicet ſupra Deum. Pari quoque modo derelinquere omnia, eſt nihil retinere quod a Dei amore nos diſtra hat. Quamquam & ſi quis actu omnia relinquat, vt liberius Chriſtum ſequatur perfectioris charitatis opus eſſe non dicimus quod his peſſime vtuntur, & cupidita ti tam impudenter inſeruiūt, vt non Chriſti, ſed māmo nę ſeruos ſe eſſe proteſtentur, eos ego qui tales ſūt in hoc

E. iij. iuſti

iuſtificare non contendo, nec meipſum quicꝙ abſit enī a me vt tantæ dignitatis obtentu affirmare velim, deſerēdam fuiſſe, ab ipſis ecclesiarum prælatis humilitatē, cōtinentiam, & apoſtolicę doctrinæ normā, aut vlla in pte luxui, cupiditati ve indulgendum. Qui hæc omnia i his non minus quam in apoſtolis reprehendenda eſſe cēſeo, ſed ſpiritus fragilis eſt, caro infirma, demon callid⁹, mundus fallax, eius incolę maligni, inuicem inſidiātes, oculis, ſenſibusque cæteris, obiectę ſpecies delectabiles. Cœleſtia parum nota, & denique laqueis, & inſidijs plenus mundus vniuerſus, atque in lubrico. ac maligno poſitus. Quis hic igitur eſt, qui tot inſidias vitare, tot pericula cauere, per tot naufragia illeſus tranſire poſſit? quis gloriari mundum ſe ab omni labe cor habere? ☞ Quæ quum eiuſmodi ſint, qua īpudentia nos hęretice ad apoſtolicam vitam reuocas, & teipſum illius emulatorē mētiri audes? quam ne mortalium quiſquam eſt qui ſeruet. Reuerere igitur ſacerdotij dignitatem, recognoſce fidei Chriſtianæ veritatem, ob oculos tuos verſa apoſtolicam dignitatem, non noſtram fragilitatem, & dei præceptū tene, qui iuſſit, quæ a nobis iubentur, non quæ male facimus a cæteris eſſe facienda. Et ſi male loquimur, vel male agimus, teſtimonium perhibe de malo, nō pugno faciem chriſti percute. Nos ei ex illorum chriſtianorū numero ſumus, de quibus ſcriptum eſt. Nolite tāgere chriſtos meos. habent ſinguli ſacerdotes ſuos prælatos, a quibus ſi quid delinquant, puniendi ſunt, & caſtigandi. Et ipſi quoque prælati inferiores alijs ſubſunt, donec ad ſummum ſacerdotem deueniatur. Ipſe vero pontifex, & ſi omnes ſupereminea t, nulliuſque iudicio ſit ſubiectus legi tamen paret, & fraterna charitate, velut pricipes cęteri ſupre

exhortatio vehemēs ad toleran dā ſacerdo tū vitā et malā cum patiētia, & hūilitate.

teri ſupre



teri ſupremi admoneri poteſt. Sed & Chriſtianæ ſynodi decreta ſeruat. Quod ſi neque nos quiſquam correxerit, neque nos ipſi errata emendemus, tolera errores noſtros patienter. Errores dico non fidei, ſed vitæ. Deum ora, vt ipſe vineam ſuam melioribus locet agricolis. Cogita & tu qui noſtra iudicas tua ipſius & reliquorum peccata hæc forſitan demereri, & iuſte hæc deum ex cognita ſibi cauſa permittere. Si enim puri hominis crudelitatem toleras, eo quod eum tibi dominus principem dedit, cur non & illius qui Chriſti vices gerit, quique eccleſiæ, immo & cœlorum claues obtinet tolerabis? Equidem ſi in nos peccas, remitti a nobis culpam, ſcœluſque confidenter poſtulas, Noſque vel ſi grauem aliquam Deo vel nobiſipſis offenſam feceris, crudeles appellas, Si ad ſupplicem tuam confeſſionem non confeſtim remittimus. Quid ni igitur tu ſi quid, & nos, vel in deum, vel in proximū, vel in teipſum deliquiſſe exiſtimas, nō eadem in nos, fratres quoque tuos ad hæc iudices paſtores principeſque, & magiſtros, & eo amplius Dei miniſtros, & Chriſti vicarios indulgentia vti debes, vt quorum iudex eſſe non potes, eos ſuis iudicibus relinquas iudicandos, quando & de quolibet fratre tuo debeas ſoli Deo vindictam remittere, eo ipſo dicente. Mihi vindictam, & ego retribuam. Vide igitur quam grauiter pecces, qui de eius conſcientia iudicas, in cuius iudicio, poteſtateque tua eſt poſita, quique eo quod ſacerdotis officio fungitur quantiſcumque culpis alioquin ſit irretitus, angelus Dei eſt, & eo amplius Apoſtolorū ſucceſſor & Criſti vicari⁹. dicā audaci⁹, imo & Chriſt⁹. ☞ Adde quod dū illū quoque reuereris, & velut dei vicariū colis maiorem deo reuerentiā pręſtas, quam ſi ſanctū, & omni

oſtēditur veritas cōmunis a maiori,



ex parte

ex parte perfectum virũ honorares. Quippe id genꝰ homines reuerendos facit vitæ ſanctimonia & ipſa prærogatiua virtutũ. Hos vero quos ſceleratos eſſe arbitraris, nulla alia ratione, quã ob dei quẽ officij obtẽtu gerũt, colis, obſeruas, veneraris. Et proinde non eos, ſed in eorũ perſona deũ ip̃m honoras.

Suadetur optimo ex ẽplo euãgelico.

☞ Accipe & ex Chriſti doctrina exemplum huic perſimile. Quã, inquit, mercedẽ expectas, ſi amicũ diligis, quando & hoc ethnici faciũt. Sed quũ inimicũ propter deũ diligis, opus perfecte charitatis imples, tam & ſi non dei ille perſonam ex officij ratione gerat. Quãto ergo magis, ſi & hoc obtinet. Quo magis ſalua fide affirmare auſim, ſi ex perfecta humilitate huic quem malũ eſſe non ignoras obſequentem reuerentemque te prçſtas dei intuitu, & Chriſti, cuius imaginem ex officio refert vitaque mentitur, maiorem tibi ab eo ipſo Chriſto gratiam deberi maioreque merito tuã hanc humiliationẽ conſtare quam ſi Petrũ ipſum adorares.

Suadeť & alio.

☞ Sicuti & qui Chriſti corpus in ſacrificio perfecta fide adorant maioris meriti opus faciunt quam qui in carne viderãt, eo ipſo teſte qui dixit. Quia vidiſti me Thoma, & credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt.

Suadeť ratione & exemplo familiari.

☞ Accipe & ex humana ratione palpabile exemplum. Quis tibi videtur terreno principi maiorẽ exhibere honorem, qui eius vel filium vel vxorẽ reueretur an qui ſeruo, aut lictori, ipſius gratia, parẽ honorem exhibet, qui primario eius magiſtratui viro optimo quicquã equum & rationabile iubenti paret. An qui impio ſcelerato & infime ſortis miniſtro graue aliquid & inique imperanti. Priori enim & eius & regis gratia, & ipſius p̃cepti equitate obtemperas. Huic vero ſola regis reuerentia in ea re, quę tibi & grauis ẽ, & moleſta. Vide ergo mi

ſer Valdenſis



ſer Valdenſis, quam longa es a veritatis via. Quũ in eo ſe barbę tui deum offendere docent, quod niſi facias grauiter offendis. Et dum id facis, maius contrahis meritũ, maioremque in modum deum tibi propicium facis.

Cõfirmatur authoritate ſacrę ſcripturæ.

☞ Hoc enim eſt presbytero humiliare animam ſuam, Quod ſapiẽtia iubet nec bonum a malo diſtinguit. Eiꝰ ſcilicet dignitatem ordinemque, non perſonam reuereri, & pręcepta eius, ceu ex Chriſti perſona ſuſcipere, diui namque erga genꝰ humanum bonitatem admirari, qui ad eorum vtilitatem talem etiam ſceleratis hominibus dederit poteſtatem.

Declarať qbꝰ ſacerdotibꝰ ſit parẽdum.

☞ Cęterum ne ex prædictis ſcandalum tibi fortaſſis inijciatur, ſi impuriſſimo cuique p̃lato in omnibus obediendum eſſe dicamus, hoc imprimis ita intelligendum, moderandumque dicimus vt illi demum obedire tenearis, cui ea non deſint, quæ ad conſtituendum, ab hominibꝰ diuina vel humana lege ſacerdotem, ſunt neceſſaria, vt pote fides, & religionis Chriſtianæ caracter in baptiſmo ſuſceptꝰ. Hoc enĩ vt apoſtolꝰ teſtatur vnicũ & ſolidũ ẽ fundamẽtũ, ſine quo nullũ cõſiſtere põt ędificiũ. Propter qđ ad Chori. j. ſcribẽs dicit vno ſpũ oẽs nos ĩ vnũ corpꝰ baptizati ſumꝰ. Quippe ex bonis & malis cõſtat eccleſia ſicuti parabola decẽ virginũ, & eiꝰ, q fecit nuptias filio ſuo, & rurſũ alię plurię ſimilitudines, quibus ſaluator regnum cœlorum comparauit, atteſtantur. Verum qui omnino infideles ſunt eccleſiæ corpore non continẽtur. ☞ Sed vt idem Apoſtolus ait foris ſunt. Eſt & ad ſacerdotium neceſſarius ordo a lege determinatus. Etaſque ab ea pręfinita & cętera id genus, quæ a ſacris canonibus ſunt præſcripta, quæ ſane ab hominibus ad quos eius rei cognitio pertinet iudicari facile poſſunt, Quippe quę certam atque determinatam

habent rationẽ

habent rationem(vt pote)quo loco electio facienda ſit,
qua die,quo ordine,a quibus perſonis,cuius authoritate.
Horum enim haberi veritas facile poteſt. Quędam ve=
ro incertiora ſunt,quam vt vel per ſe pateant vel ab qui=
buſlibet hominibus iudicari poſſint. Et ob id in quorũ=
dam arbitrio eſſe oportet. Cuius generis ſunt doctrina,
mores,prudentia,& cætera id genus. Quamuis enim de
quibuſdam res eſſe poſſit manifeſta, plęrumque tamen
in ambiguo eſt. Quippe non in ſummo prudentem,ſan=
ctum,modeſtum,eruditum,exercitatumque eſſe oportet
Alioquin(vt diximus)nullus eſſet. Verum mediocritas
eſt in his requirenda quę quum certa lege diffiniri mini
me poſſit,aliquorum(vt diximus)arbitrio relinqui hoc
oportet. Et denique ſi hi perperam arbitrentur, ad alios
recurri,eſſeque huius diſceptationis finem aliquẽ,extre
mũque iudicium,a quo diſcedere non liceat,ne in infini
tum diſceptatio procedat. Hæc profecto a prioribus pa=
tribus,immo & ab ipſis apoſtolis ſunt conſtituta. Nam
& Mathiæ electionem tam & ſi Petrus & reliqui a deo
auſpicati fuerunt,duos tamen ipſi ex magno diſcipulo=
rum numero elegerunt,& in eos deinde ſortes miſerunt.
☞ Si igitur in his,quæ hominum arbitrio ſunt relicta
ipſos qui ex vniuerſalis eccleſiæ cõſtitutione ad rem co=
gnoſcendam determinandamque ſunt deſignati, perpe=
ram contingit arbitrari,ita vt ad extremum quoque tri=
bunal corruptela perueniat,non eſt proculdubio vlteri9
inquirendum,ne maius periculum (ſicut ſupra oſtendi=
mus) inde emergat. Eſt & tercium, quod in epiſcopo &
ſacerdote,præ cæteris eſt neceſſarium, neque tamen ab
hominibus iudicandum,diuina ſcilicet gratia,hoc enim
quum in commertio,cognitioneque non ſit hominũ,de

Oſtendit
multo me
lius eſſe ac
quieſcere
ordini a le
ge dato
quã vlteri
us inqrere

ea inquiri



ea inquiri non oportet. Sed ea tantum in homine requi=
rere fas eſt,ex quibus eam cõparari ex dei traditione ho=
mines opinantur. Et ne id quidem ex operibus ad certũ
iudicari poteſt. Quippe mentem,nõ opus metitur de9,
igitur quum inquirere non liceat orandum eſt tantum,
ab omnibus,vt adſit,perſeueretque & augeatur aſſidue.
Rurſus pręceptorum(quæ ab his fiunt)habenda eſt diſ
cretio. Igitur ſi iubeat pontifex etiam ſupremus, vt pro=
ximum iniuſte ledas,aliudve in legem committas noli
acquieſcere. Neque ſi id ipſe faciat imitari. Sed cum Pe
tro & cæteris apoſtolis dic. Obedire oportet deo magis
quam hominibus. Verum ſi ieiunari, aut feriari, aut in
pium aliquem vſum pecuniam conferri, aut certo ordi=
ne ſacra celebrari,aut ad ſe proficiſci,aliudve, quod legi
concinat,vel nõ illi aperte repugnet iubeat,vetetve etſi
malus ſit,malaque mente agitari illum ſuſpiceris, pati=
enter ſuſtine,& parere cum humilitate ſtude. Illius ſen=
tentiæ memor. Melior eſt obedientia, quam victima.
Neque enim quũ dixit,qui non obedierit principi,mor=
te moriatur. Et humilia preſbytero animam tuam,& cę
tera id genus,bonum diſtinxit a malo. Sed eum qui prin
cipatur a priuato homine. Talibus nanque principibus
& ſacerdotibus probat deus fidem & patientiam fideli=
um ſeruorum ſuorum. In quorum perſona loquens de
his impijs principibus Dauid propheta dicebat. Quoni
am probaſti nos deus,igne nos examinaſti,ſicut exami=
natur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tri=
bulationes in dorſo noſtro,impoſuiſti homines ſuper ca
pita noſtra. ☞ Porro quia cũ pertinacibus ad hęc igno=
rantiæ ſimul,& cupiditatis tenebris excecatis contendi
mus. Heus vllã eis,ad eorum errorẽ defenſandũ auſam

Oſtendit
quod etiã
ſi papa &
p̄lati eccle
ſię roma=
nę nullam
haberẽt po
teſtatẽ nõ
tñ ipi Val
dẽſes habe
re poſſunt

relinquamus,

relinquamus ad radicem ſecurim admouere, poſtremo nos oportet, donemus vt pontifices, ſacerdoteſque noſtri nullam habeant poteſtatem, eo quod Apoſtolorum pręcepta, moreſque non ſeruant, Sed vita, & exemplo illis aduerſantur, vel etiam eccleſiam deſtruũt, nedũ non ędificant, dicant Valdenſes, apud quos authoritas apoſtolica, & Petri fides, quam non defuturam Chriſtꝰ prædixit reſidebit, quęve erit Catholica eccleſia a pud quã ſe mãſurum idem ipſe proteſtatus legitur. Apud nos inquiunt, qui apoſtolorum vitã emulamur mãdataque eorum, & inſtituta pro noſtra fragilitate ſeruamꝰ, Nos vtique illi ipſi ſumus, de quibus Apoſtolus paulus dixit, ad Corinth, ſcribens. Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſedque ſtulta ſunt mundi elegit deus vt confũdat ſapiẽtes & infirma, vt cõfundat fortes, & ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ nõ ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, & rurſus barbę illi pręſidi, ſe ipſius Pauli imitatores dicunt, qui eo ipſo loco profitetur ſe miſſum euangelizare, non in ſublimitate, & ſapientia verbi, ſed in ſimplicitate ſermonis. De nobis vero illud dictũ affirmare, quod ibidem ille ſubiungit, Perdam ſapientiam ſapientũ, & prudentiam prudentum, reprobabo O cæcã inſaniã, o barbaricã ĩpudẽtiã, o ĩtollerãdã temeritatẽ. Quis eni ferat vt hęc fex hominum coluuies chriſti corpus myſticum ſola cõſtitu atꝗ qui an homĩes ſint, an beluę? & an viuãt, an ſint mortui? vix rõne diſtĩguere ſcirẽt, nedũ ſacrarũ ſcripturarũ ſenſũ explicare, ꝗ que nõnullas dũtaxat fabulas ab om̃i prorſꝰ hũana hiſtoria nedum eccliaſtica neque ab vllo certo authore traditas, ſed vti q̃ſque barbarũ ſuorũ ſõniant aut ab alio vel ſomniatore



ſomniatore, vel perfido apoſtata accepit, ita eas per vicos circunferũt, & in antris, & ſpeluncis ſuis, inter homines inuentorum, & pecudum conſortes, feritatem potius quam humanitatem redolentes, noctu plęrũque aut omnino in tenebris euomũt. ☞ Quorum vt temeritatẽ pœnitus confundamus, & pertinaciam apertius detegamus oſtendamuſque, non ſolum veram eccleſiam apud eos non eſſe, verum ab ipſo eccleſiæ catholicæ corpore pœnitus eſſe abſciſos. Et ſicut inutiles palmites, niſi reſipiſcant, iuxta Saluatoris ſentẽtiam, in ignem mittendos, priꝰ itelligere oportet, quid ſit eccleſia, & quomodo dicitur Dei, vel Chriſti ſponſa. Quomodo rurſus vnica immaculata ſine ruga, tota pulchra, atque formoſa, & cætera id genus, quæ in canticis de eccleſia ſunt ſcripta, vt tãdem apparere poſſit. An in hoc viliſſimo, & abiectiſſimo hominum genere ea verificari poſſint, Ex quibus eorum ſectam hanc tam pręclaram, tamque mundam, & immaculatam ſponſam eſſe credendũ ſit. An nõ potius ſynagogam Sathanę eccleſiam malignantium, & ſcortum viliſſimum meretricemque omni turpitudine infamem, vel beſtiam aſcendentem de mari habentem capita ſeptem, & cornua decem. Et denique quicquid in ſacra ſcriptura de improbatis hęreſibus, earumque authoribus ſcriptum inuenitur. ☞ Sed ante omnia ab his qui ſe Apoſtolorum vice Epiſcopos, & ſacerdotes, atque angelos Dei pręedicant, inquiramus, eoſque interrogemus, An de ſeipſis hoc pręſumãt, vt vel ſine peccato ſint, vel his virtutibus ſuffulti quas ad Thimothęum, & Titum ſcribens Apoſtolus eorum ordinem viros habere oportere teſtatus eſt. Quod ſi dixerint, multomagis de ſua ipſorum ſanctitate confidunt quam Paulus ipſe. qui nõ nunquam ſe

[Margin: Prio quęritur quõ accipiť hoc nomen eccleſia.]

[Margin: Oñditur nullũ valdeñ. poſſe ſe dicere ſucceſſorẽ apoſtolorum]

nunquã ſe miſerũ, & abortiuũ appellat, atque indignum
qui vocetur apoſtolus, immo & primum omnium pec-
catorem. Neque ſe paupertatis prętextu tueantur, quan
do id quidem omnia pellem, lupine carni ſuperinduere
potius iudicari debeat, vt ſatis eſt oſtenſum, & om-
nino non eam quam Apoſtoli ſeruant paupertatem.
Deinde vero ſi Apoſtolorum ſucceſſione gloriantur,
oſtendant, quo ordine planum eſt enim ſingulis, vel ci-
uitatibus, vel prouīcijs, ſingulos epiſcopos fuiſſe, ab apo
ſtolis conſtitutos. Et in primitiua eccleſia, quæ fuerit il
lorum ſucceſſio, approbatis ſcripturis, & vetuſtiſſimis
monumentis ad nos vſque perlatum eſt. Qui igitur ſe
epiſcopos, & apoſtolorum vicarios, ſucceſſoreſque affir-
mant, dicant cuius eccleſiæ, vel ciuitatis, & prouinciæ.
tum enim nullam eccleſiam conſtituunt, quam ſunt ab
omnibus excluſi, & ipſi omnes reprobas dicunt, eo quod
Romanam ſequuntur. ☞ Quod ſi eos quos per ſingu-
las prouincias in ſuum errorem trahere potuerunt, eccle
ſiam catholicam eſſe volunt. Sicuti & Paulus Romano
rum, Corinthiorum, Epheſiorum, & aliorum denique,
quibus fidem chriſti prędicauit, eccleſiam appellat, eos
qui ſua prędicatione fuerunt ad fidem conuerſi, quamuis
ciuitatum illarum, & prouinciarum pars maxima non
crederet, ſed idolis immolaret. Et pari modo Ioannes ſe
ptem eccleſias quæ ſunt in Aſia, & apertius Petrus adue
nas diſperſionis Ponti Galacię, Capadocię, Aſiæ, & Bi
thimiæ, tunc ſiquidem illam ex his dumtaxat cõſtituũt
qui Chriſti legẽ, & apoſtolorũ doctrinã ĩtegre atque in
uiolabiliter ſeruãt eccleſiã illã triumphantẽ cõſtituent,
quæ ex nullis viatoribus ĩchoari minuſque ꝑfici poteſt,
quũ nemo ſit mũdus a ſorde, neque hoc Valdẽſes ſibi ar
rogant ſcientes

Oñditur eos q̃ hanc ſectã tenẽt non poſſe dici eccleſiam catho. accipiẽdo nomen eccleſię pro iuſtis tm̃.

rogant ſcientes



rogant ſcientes apoſtolum eos (ſi hoc dicerent) menda-
ces iudicaſſe. ☞ At dicent fortaſſe, in eccleſia hac mi-
litante fuiſſe ſemper & ad finẽ vſque mundi huius futu
ros eſſe ſanctos, & innocentes homines, qui deo per gra-
tiam ſint coniuncti. Et proinde in quibus nomẽ hoc im
maculatæ eccleſiæ verificari poſſit. Quin & in paucis
vel in vno hanc fidem inueniri, ſatis eſſe vt hoc nomen
immaculatæ ſponſæ ſeruet, vtique matrimonium cum
ea ab ipſo orbis initio, a deo contractum, & in Chriſti
morte conſumatum perſeueret, ſicuti de Abel, deque
Noe, & eius domo ſcriptura teſtatur, & de Beata virgi-
ne in Chriſti paſſione eſt manifeſtum, & eo etiam reſpe
ctu ſanctam, & immaculatam dici pręſentem eccleſiã
poſſe, quamuis ex paucis conſtet. Et ne his quidem per-
fectis, neque certis, quandoquidem ex his (qui id genus
ſunt) ſancti, ſcilicet, & immaculati, & in charitate ad tẽ-
pus Deo coniuncti nonnulli per ſubſequentem culpam
ad tempus, alij perpetuo eijciantur, ſicuti ecõtra nonnul
li, qui foris erant, introducuntur. Eoque modo. & nume
ro, & merito aſſidue, vel auctionem, vel diminutionem
& omnino mutationem recipiat. Quodquidem ex re-
gis nuptijs, & alijs quibuſdam Chriſti parabolis fit per-
ſpicuum, & ipſe apertius oſtendit, quum dixit. Multi ex
oriente, & occidente venient, & ſedebunt cum Abraam
Iſaac, & Iacob, filij aũt regni eijciẽtur in tenebras exteri
ores. & apoſtolꝰ Petrꝰ ad gẽtiles (qui cõuerſi erãt) ſcribẽs
dicebat, qui aliqñ nõ populꝰ, nũc aũt populꝰ. Hoc ſi Val
dẽſes dixerit, nos facile eorũ ſentẽtię ſubſcribemꝰ, vt ꝓ
pter hos, qui oĩ tẽpore in eccleſia hac militãte ĩuẽti ſunt
inueniũturque iuſti, & deo fide charitateque cõiũcti im
maculata & tota pulchra dici aliqua ratiõe poſſit. Nã &
ſynagoga

alia ſignificatio nominis eccleſię q̃ cõtinet ſolos iuſtos.

ſynagoga illa Iudæorum, quæ ſponſa quoque & populꝰ
electus. Et id genus noibus eſt appellata. Paruo admo=
dum ſanctorum numero cõſtitit. Et præmiſſa apoſtoli
ad epheſios verba haud grauate in hunc ſenſum accipi
poſſunt. Cui & alia eiuſdẽ conueniunt, quæ ad Titũ ip=
ſe poſterius ſcripſit. Expectãtes (inquit) beatam ſpem &
aduẽtũ gloriæ magni dei & ſaluatoris noſtri Iheſu Chri
ſti. qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab
omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilẽ
ſectatorẽ bonorum operum. Ex quibꝰ aperte (ni fallor)
fit perſpicuũ, perfectionem illam eccleſiæ, de qua in epi
ſtola ad epheſios, dixerat, in ſecundo Chriſti aduẽtu ex=
pectari debere ſpe certa, non quidem ab omnibus, ſed ab
his qui ab eo redempti a peccato originali, & mũdati ab
omni actuali, bona opera ſectabũtur. Interea igitur eos
qui ſic deo per fidem & charitatem ſunt vniti, Apoſto=
lus Petrus loco proximo allegato vocauit genus electũ
regale ſacerdotiũ, gentem ſanctam, & populum acquiſi
tionis Tametſi, ex his nõ paucos a fide & charitate poſt
modum excidiſſe vero ſit ſimilimũ. Sed quia ſemper in
multis fides & charitas viguit. Iccirco vniuerſo illi ho=
minum cõuentui denominationes ille coaptari merito

Tercia q̃ ex bonis & malis con ſtat.

potuerunt. ☞ Quod & ſi verũ ſit eccleſiam ſcilicet hãc
militantẽ, ex bonis & iuſtis, hoc pacto conſtare. Chriſtꝰ
tamẽ ipſe in pleriſque parabolis aperte bonos, malis im
mixtos eius nomine contineri aperte oſtendit. Præcipue
vero dum, regnum cœlorum (per quod abſque contro=
uerſia eccleſiam intellexit) decem virginibus quarum
quinque erant fatuæ, & quinque prudentes aſſimilauit.
Et rurſus ſagenę immiſſe in mari ex omni genere piſciũ
congreganti. Et iterũ patri familias qui ſeminauit ſemẽ
bonum in



bonum in agro ſuo. Sed inimicus homo ſuperſeminauit
zizania. Paulus quoque (qui ad eccleſiam Corinth. ſcri=
pſit) Nonne primum ex fide commendat. Deinde vero
ex operibus quoſdam arguit dicens. Ideo inter vos multi
infirmi & imbecilles & dormiunt multi. & Ioannes in
apocal: p. ad illas ſeptem eccleſias, ex dei præcepto ſcri=
bens eas ſingulas de multa fide collaudat, & earum nihi
lominus errata reprehẽdit. Nunquid & illa ſponſa, quę
tam pulchra, tam formoſa, tamque ex omni parte perfe=
cta in canticis nominatur, ex ſodalium lapſu ſepe triſtis,
& a ſponſo relicta, vel a cuſtodibus capta, & alijs multi=
modis perturbationibus deſcribitur? Quibus authorita=
tibus atque exemplis quid aliud elici poteſt? quã (quod
nos aſſerimus) eccleſiæ catholicæ nomen, quamuis ſpe=
ciali modo ad prædeſtinatos, vel pro tẽpore in præſen=
ti ſæculo iuſtos & deo per charitatem coniunctos refera
tur? Cõmuni tamen ſermone, & eo (de quo diſceptamꝰ)
reſpectu, ad eam peremere quæ ex fidelium conſpiratio
ne conuentuque conſtituitur (eorum ſcilicet) qui in or=
be vniuerſo per baptiſmi ſacramentum Chriſto renati
in eius fide per meritum paſſionis & ſacramẽtorum vir=
tutem ſaluari ſperant. Quãuis quotidie in his quę ad vi=
tam & mores pertinent, decidant charitate. ☞ Et proin

Declarat quo reſpe= ctu dicat ſctã q̃ etiã pctõres cõ tinet, & p batur au= thoritate Pauli.

de ſancta hæc eccleſia hoc loco non ex operibus, ſed ex
fide religione cultuque nomen ſortitur, & fundamentũ.
Idque præterea (quæ ſupradicta ſunt) apoſtoli Pauli au
thoritate fit perſpicuum. Ait enim ad galath. ſcribens.
Quicũque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, & alio lo=
co, vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſu=
mus. Et alijs rurſus locis Chriſtum eorum (qui fidẽ eius
ſuſceperunt) caput appellat, & fideles ipſos ſimul omnes

 membra.

Suadetur exēplo & ſimilitudine familiari.

membra. ☞ Quod etiam familiari exemplo & accommodata ſimilitudine ſuaderi poteſt. Quæ enim ciuitas perpetuo in fide principis manſit, nonne fidelis ab omnibus reputatur, quamuis ciuium nonnulli a fide quandoque defecerint, & in legum, quæ ad mores & recte viuēdi normam pertinent, obſeruantia diuerſo tempore ferme omnes. Ita prorſus in hac re dicendum eſt, vt ea dicatur fidelis eccleſia quæ in fide Chriſti manet, quamuis non in charitate, dum non ſimul atque eodem tempore omnes deficiāt.

Diffinitur aperti⁹ quo reſpectu dicatur tota pulchra & immaculata.

☞ Tuncque tota pulchra atque immaculata, & ſine ruga dici poteſt, quando ad rectam & verā Chriſti fidem nihil impietatis admiſcetur, nihil alienū a vera doctrina chriſtiana recipitur. Sed apoſtolica traditio pura ſimplexque cuſtoditur. Qui vero de Criſto aliter ſentiunt (vt pote) qui vel eius diuinitati derogant vel humanitatem inficiantur, aut eccleſiæ ſanctę poteſtatem negant, vel ſectas reprobatas introducunt a ſanctorum patrum traditionibus abhorrentes, hi nimirum ſponſam Chriſti (quoad eos attinet) decapillant cōſpurcant & dehoneſtant. Quales oēs priores hęretici fuere, & hi, de quibus loquimur, vt fex putrida ex reliquijs eorum ſuperfuere qui hanc eccleſiam, vtique Chriſti vnicam ſponſam, meretricem appellant.

Ponit̃ reſolutio quō dicat̃ tota pulchra tripliciter.

☞ Igitur vt præmiſſa omnia paucis perſtringamus, quę de eccleſię puritate, pulchritudine perfectioneque dicta ſunt, vel ad triumphantem referri debere, vel ſi ad militantem referantur, ad fidem, non ad opera, pręcipue atque imprimis ſpectare, aut ſi ad opera in fide radicata, non ex ſingulorum factis, Sed ex vniuerſo corpore perfectionem hanc & pulchritudinem expendi, ſatiſque eſſe in eccleſię corpore aliquos

pore aliquos



pore aliquos omni tempore bonos inueniri. Quorum ex charitate, cęteris in fide, & credulitate recta permanentibus corpus ipſum eccleſię ſubſiſtat.

Ala ratio quare etiā mali bonis admixti cōſtituant eccleſiā imaculatā

☞ Neque ex eo minus immaculata dicitur, quod multi ſunt in eo corpore infirmi & imbecilles, Et (vt apoſtolus ait) dormiāt in peccatis multi, ea nimirum ratione, quia in his plęrique fuere, quos ad maximam perfectionem deus ipſe peruenturos ab ęterno preuidit, Sicut de Paulo & alijs plurimis ſcriptura teſtatur. Immo vero quicunque ſancti fuere, (paucis admodum exceptis) peccatores prius extitere. Propterea & ipſe ad Corinth. ſcribens dicebat. Quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem præſtamus, quæ inhoneſta ſunt noſtra abundantiorem honeſtatem habent, & alio loco, vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Vel alia ratione tota pulchra dicitur, quia ad vniuerſæ eccleſiæ ampliorem fructum, & maiorem diuinę, tum potentię, tum ſapientiæ, tum vero bonitatis manifeſtatione expedit, vt mali bonis ſunt admixti, vt ſcilicet per eos, boni exerceantur, & diuina in electis bonitas, In ipſis vero peruerſis iuſticia, & in toto ſimul eccleſiæ corpore ſapientia fiat perſpectiſſima.

Cōfirmatur ſimilitudine.

☞ Nam & in ædificio eleganti & ſuperbiſſimo multę ſunt partes, ad neceſſitatem inhabitantium conſtructæ fœdæ, & immundę. Neque ob id minus perfectum & pulcherrimum dicitur, immo vero abſque illis eſſet imperfectum. Sicuti & mulier pulchra formoſa, & decora dicitur, quamuis obſcœna membra habeat. Et ad exercitū cum fortibus & ſtrenuis ignaui quoque deſcribuntur. In his lixe calones & inutilis turba non pauca. Quo ex numero ad primū militaris

 ordinis gradum

ordinis gradum, plęroſque fortuna euehit, & magno rei publicæ vſui eiꝰ ſortis homines ſępe fuiſſe, memorię eſt proditum, Qua ratione rerum experiētia docemur malorum hominum ſocietatem eccleſiæ non inutilem fore, ſine hac ſpe, quod boni fieri poſſint conſortio iuſtorum, ſiue quod omnino bonis ſunt vtiles quantumcumque mali ſint, qua potiſſimum cauſa Deus ad finem vſque mundi huius hanc bonorum, & malorum commixtionem tolerandam eſſe decreuit. ☞ Hoc autem aperti us tradit Apoſtolus, ad Romanos his verbis ſcribens.

cōprobatᷣ diſtinctio ꝑdicta authoritatibus ſacræ ſcripturæ.

Quod ſi deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa ire apta in interitum, vt oſtenderet diuitias glorię ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ pręparauit in gloriā, & cætera. Tota igitur pulchra eſt eccleſia, quia in omnibus ſimul mēbris eius diuina voluntas impletur, & gloria manifeſtatur, tam & ſi multę in membris ſint maculæ, quo in ſenſu illud accipitur, quod in Geneſi legitur. Vidit deus cūcta quæ fecerat, & erant valde bona. Hæc vero quæ de triplici eccleſiæ ſignificatione a nobis dicta ſunt, ne nos ſomniaſſe Valdenſes fortaſſe dicant, vt ſolent de aliꝭs multis dicere, quum ſcripturarū teſtimoniꝭs ꝑgentur duas ex ſacra ſcriptura authoritates accommodabimus, ex veteri ſcilicet teſtamento, vnam, & ex nouo alteram. In Oſea enim ex ore Dei ad eccleſiam ſeu ſynagogam ita ſcriptum eſt. Deſponſabo te mihi in ſempiternum. Ecce prima deſpōſatio, quę perpetua & immutabilis eſt & ob id ad prędeſtinatos, dumtaxat referri poteſt, quos ab æterno elegit Deus, neque quiſquam eos de manu ſua rapere poteſt. ſicut Saluator ipſe teſtatus eſt. Nec quemquam moueat quod futuri temporis verbo Pro-

pheta ſit



pheta ſit vſus. Hoc enim eſt prophetarum proprium, verborum temporibus permiſcue vti. Quia deo qui per eos loquitur, omnia ſunt præſentia. Sequitur & deſponſabo te in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus. Hęc eſt ſecunda eccleſiæ ſpecies, quę ex fidelibus deo per charitatem coniunctis componitur, ſicuti verba ipſa manifeſtant. Sequitur poſtremo, & ſponſabo te mihi in fide. hæc eſt ꝓculdubio tertia eccleſię ſpecies, quę ex fide tantum conſtituitur. Neque enim iterū & tertio verbum iſtud deſponſationis abſque myſterio repetiꝭt, quod ad eccleſiam ſolam pertinere poteſt. Quę eſt vnica dei ſponſa, ſicut in canticis legitur. trina quoque deſponſatione, triplicem eccleſiæ ſtatum voluit exprimere. Paulus vero apoſtolus duas poſteriores in Epiſtola ad Epheſios, hoc ſermone explicuit, huius rei gratia flecto genua ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuę virtutem in interiori homine Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, Ecce eccleſiam in fide radicatam. ſubiꝭcit in charitate radicati, & fundati, vt poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, & cetera. Ecce aperte aliā quæ in fide informata charitate fundatur, quam ad æternam ſalutem neceſſariam eſſe nemo ambigit. ☞ Sed de hac poſteriori, quū ſoli deo ſit (vt ſępe diximus) cognita. Et proinde nobis incerta non eſt locutus Chiſtus quum dicit. Dic eccleſiæ. Igitur de illa loquitur, quæ ex chriſtianorum omnis generis congregatione collecta eſt, a qua non ſolos infideles, & inimicos crucis Chriſti, Ita enim Apoſtolus appellat excludimus. Verum & hæreticos qui (vt idem Apoſtolus dicit) Chriſtum diuidere conātur. Qui vero ab eccleſia propter contumaciam, ad tem

determīat quō in propoſito accipi debeat nomen eccleſiæ,



pus ſunt

pus ſunt eiecti, quãuis tantiſper, a fidelium communio= ne ſint excluſi, & meritorum eccleſiæ participatiõe pri uati, quoad in fide ipſius eccleſię perſiſtunt, non omni= no tamen ab eius corpore ſunt pręciſi, verũ ad correctio nem dumtaxat ſub ſpe reuerſionis ſunt ſuſpenſi ☞ Sed hæc fortaſſis ad pręſentem tractatum prolixius, quam res exigeret, dicta quis eſtimabit, quę tamẽ ſunt pro rei indignitate, & veritatis indagine non ſatis multa. Opor tuit ſiquidem ante omnia oſtendere id quod Apoſtolus de his dicit. Verum eſſe quod ſcilicet ea de quibus loquũ tur non intelligunt, quia ſe immaculatam Chriſti eccle ſiam eſſe contendunt, quum quid ſit eccleſia, aut qua ra= tione immaculata dicatur, ne cortice quidem tenus itel/ ligant. Plane poſteaquam id ex antedictis eſt diſcuſ= ſum, & ad duas ſpecies, quantum ad noſtrã diſceptatio/ nem attinet, nomen iſtud militantis eccleſiæ redactum quarum ad fideles, tam malos quam bonos prima ſpeci= es, & ad eos, qui pro tempore iuſti ſunt altera pertinet. Reſtat iam, vt oſtendamus neutram earũ his ipſis Val/ denſibus tribui poſſe, falſoque illos nomen eccleſiæ ſibi vſurpare. ☞ Primum quidem ſi dixerint ſe de Chriſti religione melius quam Romanã eccleſiam ſentire, nos contradicimus, id nulla ratione defendi poſſe. Equidẽ in eiuſcemodi cõtentiõe in qua male opinari tãti eſt pe riculi, neceſſe eſt aut minorem, & infirmiorem partem maiori, & potiori cedere, aut oſtendere manifeſtis argu= mentis melius ſentire minorem, ſcilicet in rebus omni/ bus humanis ſumma ratione conſtitutum eſt. vt quę ad vniuerſos ſpectant in his maioris vel pręſtãtioris iudi= cio aut principis decreto ſtetur a reliquis, alioquin cõfuſ= ſa eſſent oĩa. cõſtaretque hũana ſocietas nequaquã poſ/ ſet omnis

Oñditur nullo mõ valdeñ. cõ tineri ſub noĩe ecclię quocũque mõ ecclĩa accipiatur

ꝓbatur q̃ nõ cõſtitu unt maio/ rẽ ꝑtẽ chri ſtianorum neque me= liorem.



ſet. Omnis quippe res publica aut vnius ĩperio modera tur aut optimatũ cõſilio, aut deniq; populari iudicio re gitur, pri ceps vero is eſt, cui reliquus populus abſque cõ trouerſia paret, quique ſũmã in oẽs habet poteſtatẽ, pla ne Valdenſes ex ſua ſecta neminẽ habent, qui alicui na tioni imperet, optimates vero ciuitatũ, & regionũ tantũ abeſt vt eorũ ſuperſtitioni pareant, vt omnis eos nobili= tas, omnis eccleſiaſticus ordo, omnis Theologorũ, & iu riſconſultorũ ſcolę. & denique quicquid eſt in toto orbe chriſtiano, quod populi, vel cõpoſite plebis aut approba ti collegij nomen habere poteſt, hi omnes hãc hæreſim vno ore dãnãt, eiuſque ſectatores, vti ſchiſmaticos, hæ= reticos, & chriſtianę religiõis ꝑturbatores iſectãtur, igi tur quopacto optimatũ nomẽ vſurpare poſſũt, quos op timates oẽs deteſtãr. ☞ Sed ne multitudĩe q̃ dẽ ꝓualere ſe ꝓtẽdũt q̃ppe hoc res ĩpa manifeſte cõuĩcit, itaq; ſi ne q; regia ꝑtãte, neque ariſtocratia, neque democratia eo rũ ſynagoga cõſtat, oĩ hũana authoritate carere, illã ĩ cõ feſſo eſſe oportet, diuina ergo ſubſiſtere illã oſtẽdere eos neceſſe eſt. ſi paucorũ, & oĩ ex ꝑte inferiorũ hoĩm poti⁹ quã maioris, dignioriſque ꝑtis iudicio ſtari debere cõtẽ dant. hoc aũt nõ vlla alia rõne demõſtrari poteſt q̃ ſi ſi= gnis, & miraculis hoc de⁹ ipſe cõteſtetur. quippe in vni= uerſa ſacra ſcriptura quotquot a deo miſſi referuntur, vt cęteris vel legẽ, vel pręcepta darẽt, aut dei ipſius volũta te quicquã populo denũciarẽt, hoc manifeſtis ſignis a ſe miſſos approbaſſe legitur. ſicuti de Moyſe cęteriſque ꝓ phetis ex ſacro canone liquet de chriſto vero q̃d aplũs ad heb. ſcribẽs dicat attende. Quomodo (inquit) nos iu dicium dei effugiemus, ſi tantã neglexerim⁹ ſalutẽ, quæ quum initium accepiſſet enarrandi, per dominum ab

F. iiij. eis qui audi

ꝓbatur nõ eſſe ſtãdũ ĩ his q̃ ſũt fidei iudi/ cio mino= ris ꝑtis ni= ſi ſigna ap pareant.

eis,qui audierunt, In nos confirmationem(conteſtante
deo)ſignis & portentis,& varijs virtutibus,& ſpiritusſan
cti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem. Et in
actibus apoſtolorum ita ſcriptum eſt. Multo igitur tem
pore demorati ſunt fiducialiter agentes in domino teſti=
monium perhibente,verbo gratię ſuæ, dante ſigna & ꝓ
digia fieri per manus eorũ. Sed & Chriſtꝰ ipſe hoc aper=
tius conteſtatus eſt dum dixit,ſi ſigna non feciſſem, quę
nemo alius fecit,peccatũ non haberent, Quo quid poteſt
eſſe noſtrę aſſertionis maius certiuſque approbamẽtum
Equidem niſi ſigna ipſe feciſſet, talia quę nemo alius fe
cerat,immunes a culpa Iudęos futuros teſtatur ſi ſuis põ
tificibus ſcribis & phariſęis,ſpretis ipſius Chriſti ſermo
nibus quantumuis puris,caſtis,religioſiſque paruiſſent.
Quanquã oĩ ſcelere principes ipſi,& populi duces eſſent
inquinatiſſimi. Quid igitur ſi aliꝰ a Chriſto ſurrexiſſet
qui neque vitæ ſanctimonia,neque miraculorum noui=
tate claruiſſet. Verba tamen ſalutis proferens pontifici=
bus & principibus populi reſiſtendum prędicaſſet. Hũc
ſi populus ſub obtentu principum & pontificum impro
be vitæ ſequi noluiſſet,non modo culpa caruiſſet. Verũ
ſi ſecutus eſſet grauiter profecto deliquiſſet. Sicuti quũ
princeps temporalis in regione aliqua magiſtratus con/
ſtituit,ordinemque in poſterum ſubſtituendi relinquit.
Si priuatus quiſquam,& nullius pręſertim ęſtimationis
homo regis nomine appareat, qui ſe a principe eorum
conſtitutum affirmet. Profecto niſi mandata regis oſtẽ
dat,& cõtemptui erit,& pœna etiam afficietur. ☞ Quã
nimirum ob cauſam poſtquam apoſtolos in vniuerſum
orbem ire & euangelium omni creaturæ prędicare iuſſiſ
ſet,hęc verba ſubiũxit, Signa autẽ eos (qui crediderint)
hęc ſequentur

Probat̃ ratiõe eccleſię fidẽ aſſertam fu=



hęc ſequẽtur. In nomine meo demonia eijcient. Et quę
ibi ſequuntur. Quin & maiora quam ipſe feciſſet factu/
ros eſſe,eos alio loco pronunciauit. Ex ipſorumque apo=
ſtolorum actibus plurima deſpiciũtur,& ex alijs ſcriptu
ris ab eccleſia receptis multo etiam maiora. Neque per
ętates ſingulas manum ſuam deus continet,quin per eos
qui hanc,quam vniuerſalis eccleſia fidem ſequuntur,ſi=
gna atque miracula & quidem maxima patrauit,quæ &
publicis auctenticiſque monumentis,& viuentium ho/
minum,ad hæc probatiſſimorum , & omni fide digno=
rum teſtimonio fuere comprobata. Immo vero & rebus,
adhuc permanentibus intueri ex his plurima licet, quæ
ſingula enarrare laboris apud incredulos eſſet inanis.
Quippe,qui niſi oculis ipſi perſpiciant, manibuſque cõ
tractent,nulla neque viuentium,neque mortuorum te=
ſtimonia recipiunt. ☞ Sed vnum referemus,quod apud
eos ab annis plus minuſve viginti in ea regione,quæ ma
xime hac hæreſi infecta diffamatur,factum eſſe nos ipi
a multis regionis incolis nuper audiuimus. Res quippe
eſt apud eos teſtatiſſima. Conflagrauit fortuito incẽdio
ſed dei conſilio,templum in vico (quod pratumgellatũ
appellant) Inter alpes in noſtra thaurineñ. dioce. ſitum.
Ita vt præter reliquam materiã,quę ab igne, vel abſum=
pta vel confracta fuit lapis etiam ſacer magnæ ſpiſſitu/
dinis,qui altari erat ſuper impoſitus,caloris vehementia
totus ſit infiſus. Huic ſuper impendebat ſacrum euchari
ſtię ſacramentum capſula lignea incluſum, & cordula,
ad altaris medium appẽſum. Lineo panno equidem cõ=
ſecrato(quod corporale vocamus) Intra capſulam inuo
lutum. Igitur poſteaquam reſtrictum eſt incendium. O
rem mirabilem & religionis noſtrę teſtimonium certiſſi
mum,inuenta

iſſe maxis miraculis

Cõfundit error Valdẽſiũ quo ad ſacerdotiũ euidenti miraculo.

mum,inuenta eſt ab omnibus oppidi indigenis ſuper cō fractum altarum lapidē inter cineres, intacta illeſaque hoſtia corporali equidem integro inuoluta reliquis omnibus circūquaque, vel incineratis,vel ambuſtis. Porro hanc hoſtiam non illorum barbæ,Sed vnus ſacerdotum noſtrorum,nō in illius ſectȩ,ſed in Romanȩ eccleſiæ fide conſecrauerat. Quo vno miraculo & ſacerdotij noſtri authoritas,& ſacramenti huius, quod eſt omnium (quæ fides noſtra recipit) maximum veritas,& eccleſiæ romanæ poteſtas fideſque inexpugnabiliter eſt approbata. Quibus ſane ſtantibus omnes illius ſectȩ errores,ceu fundamentis ſublatis corruunt per ſeſe. ☞ Quid igitur in referendis alijs plurimis miraculis tempus teram? quæ noſtra ætate prope infiniti mortales oculata fide perſpexerunt. Ex quibus extant in hunc vſque diem, non pauci,tam qui ea viderunt, quam qui eorum pars maxima fuere,viri ſane graues & approbate opinionis matronæ. Quȩ vero ſacri eccleſiȩ hyſtoriȩ ſcriptores,& alij plerique mire ſanctitatis,& doctrinæ, & ſumme inſuper authoritatis viri ad poſterorum inſtructionem, rerumque geſtarum memoriam literis demandauere. Quis ſane mentis negabit veritate ſubſiſtere? Quando præſertim ea ſcriberent, quæ ſuis temporibus geſta fuiſſent, quæque ipſi vidiſſe ſe,inuocato etiam in teſtem deo,proteſtātur. Nam præterquam quod a viris ſanctis atque religioſis,maxime abhorret de diuinis rebus mentiri, hoc profecto omni ſapienti proboque viro,& turpe eſt & probroſum. Neque,ſi omnia(quæ ſcripta ſunt) approbatis authoritatibus,& a poſteris publicæ recepta reijciamus,de re vlla,ne de euangelio quidem conſtare veritas,certa fide poterit.

Oſtendit miracula plurima i fide eccleſiȩ Romanȩ facta credi oportere.

de poterit.



de poterit. Et omnino ex tam multis,tanque famoſis, quæ vel ſcripturarum vel hominum viuentium teſtimonio comprobamus , haud credibile eſt non aliqua contigiſſe, quod ad noſtrum intentum ſatis eſt, quum nullum ipſi aduerſum nos, ex ſua hæreſi proferre poſſint. In hac enim parte nobis manifeſte ſuccumbunt. Liquet ergo ex præmiſſis,non ex eo capite hos Valdenſium eccleſiam catholicam conſtituere, quod nobis melius, de religione chriſtiana ſentiant. ☞ Et proinde non poſſe primo modo eccleſiæ nomen, ſibi vendicare, quod ſcilicet ex fide,non ex operibus cenſetur. Videamus nunc an vel ſecundo ex capite vincere poſſint. In quo maxime ſuam aſſertionem defendere confidunt, Se etenim ſolos euangelicam atque apoſtolicam doctrinam ſeruare profitentur,ob eamque maxime cauſam eccleſiæ catholicæ nomen intoleranda impudentia, ſibi vſurpant. Verum oſtendemus apertiſſime tantum abeſſe,vt Chriſti & Apoſtolorum imitatores dici poſſint, vt omnibus ferme partibus ab ea via diſtent,quam remotiſſime. Sed ex plurimis,vel pauca(quæ ex tempore occurrunt) adducemus aduerſus eos,præſertim,qui ſe epiſcopos,ſacerdotes conſtituūt,vel qui que cæterorū duces ſe eſſe profitentur. Deinde loquemur pariter ad omnes, ☞ Chriſtus imprimis quāuis Iudæis inuiſus , & inſidias aſſidue ab his paſſus fuerit. Semper tamen in templo & ſynagoga (vbi omnes Iudæi conueniebant) docuit,& prædicauit,quemadmodum ore proprio,apud pontifices ipſe idem eſt conteſtatus. Itidem & Apoſtoli hiſdem principibus prohibentibus feciſſe leguntur. Hi vero barbȩ latebras quærūt, nec palā fidem ſuā, etiā adiurati ꝓfiteri audēt,mœtu pœne tꝑalis deterriti

Oſtendit Valdēſes nō poſſe p̄tendere eccleſiā ſecō ſtitu. ex alio capite quod melius legem chriſti ſeruet.

Oſtendit barbas valdenſiū minime ſeruare legē chriſti & doctrinā apoſtolo . quia ſectā ſuā inficiantur.

quod quidem

quodquidem doctrinæ Saluatoris,tam repugnat quam quod maxime Apoſtolos quippe ſuos de hac re talibus verbis inſtruxit,ne terreamini ab his qui occidunt corpus,& poſt hoc non habent amplius,quid faciant. Sed timete eum qui poſtquam occiderit, poteſtatem habet mittere in gehennam.Deinde poſt pauca ſubiungit,dico autē vobis.Omnis quicumque confeſſus fuerit me,coram hominibus,& filius hominis confitebitur.illum coram angelis dei.Et alio loco,quum dixiſſet. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum,& ſequatur me.qui enim vult animam ſuam ſaluam facere perdet eam.Illico ſubijcit.Qui me erubuerit,& meos ſemones, hunc filius hominis erubeſcet,quum venerit in maieſtate ſua Et alibi in eandem ſententiam dixit. Beati eritis cum vos perſecuti fuerint homines,& dixerint omne malū mentiētes propter me,gaudete, & exultate in illa hora, & cætera. Apoſtoli quoque ibant gaudentes, a conſpectu concilij,quia digni habiti erant pro nomine Iheſu, contumeliā pati.Igitur ſi hi Valdenſiū ſacerdotes veri ſunt apoſtoli, & Chriſtianæ doctrinæ zelatores, hoc cum primis faciant,& in publicum prodeant, ſuamque fidem manifeſte profiteantur.Si enim ex deo eſt doctrina eorum,ſicut Gamaliel legis doctor in conſilio iudeorum ſuggerente Spiritusſancto pronunciauit nulla vi, nulloque ingenio euacuari poterit. ☞ Neque hūc præ textū,(quem ad ſuam ignauiam excuſandam afferunt) admittimus quod ſcilicet,nihil prodeſſe ſe in Chriſtiana gente ſperent. vt enim ita ſit,non propterea tamē religionis,& fidei veritatē iminente etiā mortis periculo ſalua cōſciētia negare, diſſimulareve poſſūt, alioquin excuſabilis fuit Petri negatio,quā amarę eius lachrimę damnabilem

tollitur replicatio valdenſiū



damnabilem fuiſſe proteſtātur. At hi perditi hypocritę illam Saluatoris ſententiam in ſuam excuſationem adducunt.Non eſt bonum ſanctum dare canibus,neque ſunt inter porcos ſeminandæ margaritæ,quaſi vero nos incapaces ſumus veritatis euangelicæ. Verum vt hoc ita ſit, compertumque habeant eorum nobis prędicationem non pro futuram excuſari fortaſſis poterunt, quod palam coram nobis illam non prędicent,ſed ſi ante pręſides,aut magiſtratus inquirantur intrepide profiteri veram eos fidem oportet.Sicut Chriſtus,& apoſtoli fecerunt,& docuerunt. Lege (ſi intelligis) Epiſtolam Petri primam,& vide ſi ad hanc noſtram aſſertionem quadrare quicquam aptius poteſt,hęc enim ſunt eius verba.& quis eſt qui vobis noceat ſi boni emulatores fueritis.Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam,beati,timorem autem eorum ne timueritis,vt nō conturbemini.dominū autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris,parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem, de ea quæ eſt in vobis ſpe,ſed cū modeſtia,& timore cōſcientiam habentes bonam,vt in eo quod detrahunt de vobis,cōfundātur qui calūniātur veſtrā bonam in chriſto cōuerſationē. Lege & in actibus apoſtolorū, & cōperies ipſū apoſtolorū principē Petrū haud imerito a paulo ea ratione fuiſſe reprehenſū,quod timore nō quidem mortis, ſed ſcandali a ſocietate fideliū (qui erant ex gentibus)ſe ſubtrahebat,quotiēs Iudęos adeſſe ſentiebat, neque ei timore vllo occultanda eſt fidei veritas,aut tergiuerſanda,ſed vbi a fidelibus exqritur palā,& abſque vlla trepidatione profitenda. Hoc ſiquidē & Paulus fecit qui admonitus a propheta imminere ſibi capitis periculum,ſi Hieroſolimā adiret, a fratribus retineri non potuit,quin

tuit, quin eo proficiſceretur, paratus, & vincula, & carceres (& ſi oportuiſſet) mortem pro confeſſione veræ fidei equanimiter ferre. quod tantum abeſt, vt hi Valdenſiũ pſeudo ſacerdotes faciant, vt queadmodũ iã diximꝰ, vix tormẽtis maximis, ab eis veritas ſuę credulitatis & hęreſis extorq̃ri poſſit, quod dũ faciũt, quo pacto verborum chriſti ſũt mẽores & apoſtolorũ geſta imitãr. ☞ Immo vero quo pacto legẽ ipſi ſuã ſeruãt, cuius his vnus eſt articulus non licere pro vlla re iurare, & alius omne mendacium mortale peccatum eſſe, quos duos articulos ſuo loco diſcutiendos ſeruamus. Sed vt ita ſit quemadmodũ credi a cęteris volunt, qua impudentia quotiens a nobis, vel aliĳs fidelibus, prępertim fidei inquiſitoribus de eorũ ſecta interrogantur, etiam adiurati conſtanter negant, donec (vt diximus) tormẽtis veritas ab eis extorqueatur

cõuicũtur valdenſes ex alio.

☞ Ecce ergo quales hi ſũt apoſtoli, quãq; in ſua fide cõſtantes Chriſti diſcipuli, q̃ ruſꝰ ſi tã veri ſũt euãgelicæ legis profeſſores, quales ſe apud ruſticã gentẽ eſſe profitentur. Num ſi quis eis alapã in altera maxillarũ dederit, præbent & alteram, aut ſi quis mille paſſus eos angariauerit vadunt cum eo duo milia, aut nobis qui eos inſectamur, benedicunt, vel pro nobis orant, vel auferenti tunicam prębent & palium. Deinde ſi ab oculo vel manu, aut lingua ſcandaliẑantur nunquid eruũt, & a ſe proĳciũt, nũ etiã ita de dei benignitate cõfidũt vt nõ ſint de victu ſuo aut veſtitu ſoliciti. nec in diem cibũ ſeruent, & de craſtino non cogitent, nec pecuniam ſecũ portẽt, aut abſque calciamẽtis ãbulent. Teſtificẽtur aũt & illi, ad quos diuertũt, & q̃bus cũ aſſidue verſãtur. nũ illud obſeruent præceptũ, qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eã ſtatim mechatus eſt in corde ſuo. Vtinã non & ſtupris & inceſtibus

Item & ex alio



& inceſtibus ſe, & ſequaces ſuos falſis ſpurciſſimiſque ꝑſuaſionibus pollurent. Quippe hoc a plęriſque eorum extortum eſt, & apud aſſectatores eſt manifeſtum ſuadere illos, a matris tantum filiæ, & commatris, & fortaſſis etiam ſororis nuptĳs abſtinendum eſſe. Cęterarum matrimonia non improbare, quaſi hoc lege diuina non ſit prohibitũ, nec potuiſſe hũana ꝓhiberi. ☞ Hęc itaque & his ſimilia dei pręcepta, ſi non ipſi ſeruant, quid nobis obĳciũt, quod alia nõ ſeruamus, quippe qui aliũ violatę legis reũ facere cõtendit, ipſe immunis eſſe debet a peccato, ſicut Saluator docuit, dũ dixit. Hypocrita tolle prius trabem de oculo tuo, & tunc videbis eĳcere feſtucam de oculo fratris tui. Et quũ adulterę mulieris accuſatoribus dixit. Qui veſtrum ſine peccato eſt primus in eã lapidem iaciat. ☞ Age vero fidẽ in promiſſis ſeruant non iurant, neque mẽtiuntur, & charitatẽ cũ proximis ſuis cuſtodiũt, nemineque lędunt, & cæteros vt in dei timore viuãt, & ab illicitis abſtineãt hortatur. Sit & hoc quã quã (vt iã oſtẽdimꝰ) i his in q̃bus maxĩe veritatẽ ſeruare oportet & mẽtiãtur & deierãt. Et in reliquis ꝑmultis caſtitatis leges & charitatis præcepta corrumpãt. Verũ illis, & hoc tribuamus, hoc tamen reſpondebimus quod apoſtolus corinthĳs de ſua religione gloriãtibus ſcribit Laudo vos (inquit) in hoc non laudo, Et quod Iudęi Chriſto reſponderunt. De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, laudabile eſt quippe bona quædã agere, Sed nemo ex operibus legis ſaluari poteſt, Apoſtolo teſte, quin in fide eccleſiæ, ex Redemptoris merito ſalutem ſperare nos opportet extra quam (vt Apoſtolus quoque docet) ſaluari nemo poteſt. Nam & gentilium plęrique ſine reprehenſione, immo vero maxima cum pietate

iſertur ex ꝓmiſſis q̃ nõ ſunt audiendi.

tollit̃ alia eorũ allegatio

cum pietate innocētem tranſegere vitam. Cæterum vt a Pauli teſtimonio non diſcedam, viam veritatis neſcierunt, & ideo perierunt. ☞ Subdolus eſt enim dyabolus & ſe in angelum lucis plærumque transformat. Quippe bona quedam oſtentat, vt peſſima perſuadeat ceu piſcator, qui hamū vermiculo ineſcat vt piſces capiat. Proinde a vera fide, quæ ad ſalutem (vt diximus) eſt neceſſaria vt eos diuertat, illis conſona legi in reliquis ſeruanda ꝓponit. Satis ſibi ad eorum interitum fore ratus, ſi illos, in eo, quod præcipuū eſt fallat, neque enim ſi omnia mala ſuggereret, maliciam ſuam oculere tam facile poſſet. Quos vero, a fide nequit auertere ad legis tranſgreſſionē quibuſcūque poteſt pertentat modis. Eoque magis, quo maiore ſunt prediti ſanctitate. Quādo & Apoſtolꝰ poſt dei etiam in paradiſo viſionem dicat. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meę angelus ſathanæ, qui me colaphizet. Non igitur in eo genus hoc hoīm gloriari oportet, quod in plæriſque bene viuant, legemque chriſtianam ſeruēt, melius etiam quam noſtrorum pars maxima. Et nos ipſi fortaſſe ſacerdotes. Neque enim in hoc iuſtificati ſunt. Sicut Apoſtolus dicebat. Nihil mihi conſcius ſum. Verum in hoc iuſtificatus nō ſum. In eo etenī errant, quod eſt omnium maximum. ☞ Ceterum vt maxime ſint in reliquis chriſtianę religionis noſtrorum cōparatione obſeruantes, non ex eo tamen eccleſiæ typum & clauium, Apoſtoliceque poteſtatis, authoritatem arrogare ſibi ea ratione poſſunt, hoc nimirum iccirco contingit quod fidelium numerus horum paucitati collatus, prope eſt infinitus. Quo fit vt reprobos eſſe oporteat plures Si Chriſto credimus, qui dixit. Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. ☞ Quāuis ex hac noſtra fidelium turba cōſtet

Oſtendit quod dyabolꝰ vehemētiꝰ tentat ſctōs & fideles quā infideles.

Ratio euidēs quare inter fideles multo plures ſint mali quā inter Valdenſes.

Oſtendit

eſſe multo his



eſſe multo his Valdeñ. plures, qui longe melius, atque perfectius apoſtolicam vitam æmulantur. Quales ſunt diuerſorum ordinum religioſi, quorum nonnulli, nihil niſi in commune poſſident, Plærique vero ne communiter quidem. Et inſuper in vigilijs, ieiunijs, orationibus, cæteriſque pijs actionibus, vitam omnem, ſumma cum caſtitate & humilitate agunt, præter eos, qui in ſæculo innocentiſſime viuunt, quos ambigit nemo, multo his Valdenſibus & numero, & vitæ puritate eſſe potiores. De doctrina vero, ne ipſi quidem inficiantur, quamcumque igitur in partem ſe vertant, ſuccumbunt. Enim vero, qui ex noſtris humano ingenio literarum ſtudijs, & diuinarum, atque humanarum ſcientiarum diſciplinis, ad hæc vitæ ſanctimonia, diuinoque lumine, maxime excellunt, quibus etiam mirabilia operari a deo datum eſt, hi maximopere pontificiam, ſacerdotalemque dignitatem obſeruant, eccleſięque prælatis, abſque vlla murmuratione obediunt. Immo vero hoc eſt primum in omni religione votum, quamuis eorum vitam, moreſque nonnunquam execrentur. ☞ Quid igitur plura in tam aperta effundere opus eſt, niſi, vt perſtringendo dicamus hos hęreticos non modo vniuerſalem eccleſiam, non conſtituere, verum etiam ipſius membrum nō eſſe Nempe, ſi eo confugiant vt ſe vniuerſalis eccleſię membrum affirment. Ergo aliam pręter ſe fatemur eſſe vniuerſalem. Quę vero alia eſſe poſſit, pręter Romanam inuenient omnino nullam. Quippe cui quicquid eſt in chriſtiana religione reliquum paret, ceditque. Et illam pœnitentiam ſedem appellat, eiuſque epiſcopum Petri ſucceſſorem. Et proinde chriſti vicarium vocat, quamuis eius mandatis non ęque pareant omnes. Ab hac enī

tñ quod multo plures ſunt oī ex ꝑte meliores.

Cōcludit ex p̄miſſis Valdeñ. eſſe extra eccleſiam

 per hęreſim

per hæreſim ſuam hi Valdenſes, tanquam membra putrida & mortua ſunt abſciſi, quemadmodum & hæretici cæteri. Et ex conſequenti, neque patrem caputve habent Chriſtum, neque eius ſponſam eccleſiam matrem, ſed ſunt, vt iam diximus, ſynagogæ ſathanæ membra eundemque principem & caput habent. Quippe qui teſte ſaluatore mendax eſt, & ipſius mendacij. Et proinde omnium qui in fide, præſertim mendacium ſectantur, pater. ☞ Hæc itaque ad hunc Valden. errorem, qui eſt, vt diximus, cæterorum omnium radix, ſatis nobis eſſe viſa ſunt. Quorum plurima obiter occurrerunt, quo magis arbitramur peritum quenque & ingenioſum preſſius curioſiuſque ſacrarum literarum volumina perſcrutantem, multo his plura, atque accommodatiora cōſpicari poſſe & conſumatos theologos, longe acutioribus, vrgentioribuſque fundamentis, hanc perſtringere veritatem. Et aduerſariorum fallacias detegere, eorumque arcere audaciam. Sed ad rudes & indoctos rudia hæc & inexpolita a rudi quoque & imperito, atque inexercitato authore collecta nonnihil auſpice deo, ſunt habitura momenti, multo etiam fortaſſis, magis quam, vel acriore ingenio vel diuturniore ſtudio elaborata.

Excuſat author ſtili ruſticitatem.



## SECVNDVS ERROR ADVERSVS AVTHORITATEM SACERDOTVM.

At quid intentatum hūana reliquit ambitio. Quū enī ſuā ipſorū authoritatē apud vulgus nō ſatis receptā iri ꝑuiderint hi Valdēſiū barbę, Si & ipſi magnā in reliquos ꝑtātem ſibi aſcriberēt quoque ſibi maiorē in modū multitudinis fauorē eblandiantur. Si illos ſibi authoritate & poteſtate faciant pares, eo dementię, proh pudor, prorūpent vt dicant ſacerdotij nullā vel perexiguā eſſe ꝓgatiuā in eo maxīe quod noſtros ſibi arrogare blacterant, Ex eorū ſcilicet arbitrio pēdere. Quis verbū dei annūciet? Quis de fide publice diſſerat? Quis ſacramenta eccleſię miniſtret, & cętera id genꝰ q̄ ſolis ſacerdotibꝰ, atque epīs ſacroſancta cōmittit eccleſia. Vti enī q̄ſque deo cōiunctꝰ eſt ꝑ gratiā, ita illū hęc oīa facere poſſe affirmāt. Neque quū ipū dei agat, a mortali quoquā poſſe ꝓhiberi. Qui ſane error, tā & ſi pēdeat a priore, habet tn̄ particulares quaſdā in vtrāque partē, rationes, atque allegationes quas ad maiorē totiꝰ ſectę cōfutationē referre haud ſuꝑfluū arbitramur. Et primū q̄ dē apoſtolis ſc̄tiſque patribꝰ magnę ſꝑ curę fuit, ne temere fidei ſacramētū & euāgelica doctrīa viris nō valde ꝓbatis cōmitteret. ☞ Quā ob cauſam haud inconſulto a ſacris canonibus eſt conſtitutū, ne de fide publice diſputare, neu cui ad populū cōcionari liceat præter eos quorum doctrina fides, & religio, ab his (ad quorum officium ea res pertinet) eſt approbata. In quo, & Valdenſium barbæ grauiter errant quæ eſt aliorum errorū cauſa potiſſima. Illos nāque vti

Et prio error valdēſiū cōfundit quocūque licere ꝑdicare & docere de fide affirmant.

Dei miniſtros,& Chriſti Apoſtolos vulgus ingnauum recipit,& de diuinis rebus differentes,arrectis auribus at que animis audit,qui ad perdendas,non ad ſaluādas ani= mas,non a deo,vel eccleſiaſticis paſtoribus, ſed a dyabo lo eiuſque miniſtris,pſeudo prophetis miſſi eſſe eorū dā nata doctrina comprobantur. Et proinde ſub ouina pel le lupum (vt iam oſtendimus) tegunt. ☞ Et quo impu= dentiam,temeritatemque ſuam excuſent,& deffendant quum hoc a cunctis Epiſcopis iuxta canonicas ſanxio= nes prohibitum non ignorent illud Apoſtoli verbum ſi bi vſurpant, Quæ ſpiritu dei aguntur,nō ſunt ſub lege. Et illud rurſum verbum Dei,non eſt alligatū,quaſi ver bum dei eſſe poſſit,quod a catholica deuiat veritate. Et illud inſuper quum a prelatis anathemate feriuntur adi iciunt,obedire oportet deo magis quam hominibus,qua ſi ad aurē illis locutus ſit de⁹,eiſque linguarū, & doctri næ,atque ſciētię,ſicut apoſtolis dona dederit,qui (vt eo rum ſermonibus,impiaque doctrina fit perſpicuum) nō niſi terrena ſapiunt. Neque prẹter ſcoriā,& corticē lite= ræ ex ſacris ſcripturis quicquā acceperūt,& ne id quidē recto ſenſu intelligunt,ſed vti ad inſaniam ſuā trahi poſ ſe arbitrantur. ita itelligēdū ſimplicibus,ruſticiſque ho minibus perſuadēt,nec ſanctorū eccleſię doctorū,aut ſa cræ Theologiæ magiſtrorū interpretationes,ſucculen taſque reſolutiones recipiūt. Sed velut diuino lumīe af flati dogmata ſua elato ſupercilio,cōpoſitoque vultu,& graui quodā accētu in vulgus euomūt, ☞ Porro autem qui ſuo arbitratu licere ſibi verbū dei annūciare,& chri ſtianā doctrinā tradere prętendūt,aut miſſos ſe a nemi= ne fatentur,aut affirmēt miſſos. Si primū dixerit,vide quā iſana ſit aſſertio,quāque ꝑniciosa,& diuię ſimul &

fūdamēta valdeñ, ꝑ ſua opinio ne.

deducitur hui⁹ erro= ris euiden tia a ꝑtiū enumera= tione

humanæ



humanę rationi contraria,haud enī obſcurū eſt quā pe= riculoſū ſit in fide errare. alienūque a vera religione ſen tire,quantęque hæreſes in primitiua eccleſia, & ipſis ēt apoſtolorū tēporibus ex eo pullularūt,quod hi qui ſanā doctrinā,a chriſto vel apoſtolis ei⁹ nō acceperāt pro ſua quiſque libidine prophetas vel apoſtolos ſe mētiētes im pia dogmata etiā inter fideles diſſeminabant,in quos,& Petrus,& Paulus,& Ioānes frequēter accerimeque ſunt inuecti. ſicut ex eorū epiſtolis,& actibus apoſtolorū per ſpicere licet. Propter hoc idē ipſe Paulus dicebat. Quō aūt ꝑdicabūt,niſi mittātur. ☞ Sed eſto nulla ſit hoc lege prohibitū. Nōne in cęteris omnib⁹ ſcientijs, & artib⁹ ēt mechanicis,ciuili iure,aut municipali decreto ſtatutum ſeruatūque videmus,vti nemo,niſi in ea probatus,magi ſterij nomen officiūque vſurpet ne ab ignaris, & impe= ritis ars ipſa vituperetᷣ,& diffametur. Id enī nō mō poe tę,philoſophi,medici,grāmatici,& liberaliū artiū pro= feſſores ſeruāt. verū etiā,fabri,murarij,lignarij,ferrarij, erarij. Itē & caligarij,calciarij, laniſtę,& reliqua id ge= nus artificia,miniſteriaque exercētes. ☞ Qua igitur te meritate hāc quæ eſt ars artiū,& quæ animarū ſaluti tā eſt neceſſaria,iperito cuique & vulgari,gregarioque ho mini permiſſam eſſe audēt aſſerere,quū & chriſtus a pa= tre ſe miſſū dicat,& apoſtolos ipſe ſuos,ac diſcipulos a ſe prius ex cętera credentiū turba,electos miſerit dicēs. Si cut me miſit viuēs pater,& ego mitto vos. & ne putes in eorū perſona ad oēs fideles dictū,vide quid alio loco ad illos loquēs dixit. Ego elegi vos de mūdo,vt eatis,& fru ctū afferatis. s. ꝑdicādo,& docēdo, quod alibi exprimit dicēs. Euntes ꝑdicate,& docete oēs gētes,& hi rurſ⁹ apo ſtoli alios exactiſſima examinatione lōgaque experien

cōfimatur morali rōe & experiē tia.

cōprobatᷣ authorita= te & exem plo xp̄i, & apoſtolo= rum.



tia probatos

tia probatos deſignarũt. Quoſdam quidem, vt verbum
dei ſpargerent, quos ſcilicet cognoſcebant, ſatis de recta
fide inſtructos. Sicut de Romanis, ad quos ſcripſit, teſta
tur dicens. Certus ſum autẽ fratres mei, & ego ipſe de vo
bis, quoniã & ipſi pleni eſtis dilectione, & repleti omni
ſcientia, ita vt poſſitis alterutrũ monere. Quoſdam ve-
ro, vt alijs pijs operib9 ad eccleſię neceſſitatẽ vacarẽt, ſi-
cut in electione Mathię primũ, & deinde Stephani, &
collegarum, ac Pauli, & Barnabę, aliorũque perſpici po
teſt. Et Paulus quũ ad Philip. Thimot. & Epaphoditũ
ſe miſſuros ſcriberet, multa de eorũ fide, doctrina, cha-
ritateque pręfatus eſt. ☞ Et ne omnibus ſine delectu do

*authoritas pauli.*

cendi poteſtatem, authoritatẽque datã eſſe exiſtimes
Vide quid Paulus ad Corinth. ſcribẽs dicat. Vos autem
(inquit) corpus Chriſti, & mẽbra de mẽbris, & quoſdã
quidem poſuit deus in eccleſia, primum apoſtolos. ſecun
do prophetas, tertio doctores, &c. & paulo ĩfra. Nũquid
ergo omnes apoſtoli? nũquid omnes prophetę? nũquid
omnes doctores? Itidem & ĩ epiſtola ad Ephe, Paribus
ferme verbis inſeruit (quo manifeſtum faceret) omnia
hæc officia, quæ vt in eadẽ epiſtola ad ephe. teſtatur, ad
conſummationem ſanctorũ in opus miniſterij, in ædifi
cationẽ corporis chriſti deus ipſe cõſtituit, ſecũdũ vniuſ

*authoritas Saluatoris*

cuiuſque virtutem diſtribuiſſe. ☞ Quod & in parabo-
la patris familię, qui peregre profectus, ſeruis ſuis bona
ſua tradidit, apertiſſime Chriſtus ipſe oſtendit, vni etẽĩ
dedit quinque talenta, alij vero duo, & alij vnum, vnicui
que ſecundum propriam virtutem, quippe ſibi apprime
cognitã, qua rõne Paulus ipſe hunc eñi honoris cauſa ſę

*aliud pau. teſtimonium.*

pe nomino. ☞ Et Corint. & galath. reprehendit, quod
pſeudo prophetas poſt acceptam a ſe fidem recepiſſent
philippẽſes



Philippeñ. vero, & Colloceñ. eo quod non receperant,
maximis effert laudibus. Ex his igitur plus nimio ſatis
comprobatum eſt, pręedicationis, & doctrinæ officium
in his quę ad fidem, religionemque noſtram pertinent,
publica authoritate maxima cũ maturitate decerni op-
portere. qua de re Thimoth. Paulus admonebat, ne cui
manus cito imponeret, Iacobus quoque apoſtolus dicit.

*rñdetur obiectioni q̃ fit in oppoſitum.*

Nolite plures magiſtri fieri. ☞ Et quãuis veritas a quo
cũq; dicatur, abijcienda non ſit, nec reprobãdi ſint, q̧ eã
recta fide dicũt, temere tamen ſe tanto muneri ingerũt,
qui eam plane non cognouerunt. Multo vero arrogan-
tius qui eam impugnant, quod genus hi ſunt qui ſacerdo
tij, & miniſterij officium inter Valdenſes ſibi vſurpant.

*Oñditur barbas valdeñ. non poſſe dici miſſos a deo.*

☞ At dicent ſe miſſos, & ab his etiam apud quos ſum-
mam eccleſiæ poteſtatem eſſe fabulantur (vtpote) qui
viam Chriſti ſeruant, verum & hoc iam ex pręcedenti-
bus improbatum eſt, argumẽtiſque, rationibus, & autho
ritatibus manifeſtiſſimis oſtenſum perſpicue, clauiũ po
teſtatem, & eccleſiæ authoritatem apud eos eſſe, qui apo
ſtolorũ loco in eccleſijs fuere, continuatis tẽporibus con
ſtituti, quoſque vniuerſales Chriſtianorũ ſynodi appro
barunt, quorũ in locũ horũ nullus ſucceſſiſſe dici poteſt
Propterea neque illa authoritate ſe tueri poſſunt, quod
verbũ dei non eſt alligatũ, quia verbũ dei eſſe nõ poteſt
quod non eſt ab eccleſia receptũ, nec aliquibus argumẽ-
tis cõſtat eius volũtate, authoritateque proferri. Alio-
quin & maumethani, & hęretici omnes hac ipſa authori
tate hęreſes ſuas tutari poſſent. Igitur ſiue ab vniuerſali
eccleſia, eiuſque præpoſitis, ſiue a Spirituſancto miſſos
ſe dixerint ex his (quæ in ſuperiori articulo dicta ſunt)
mendaces eſſe deprehenduntur.

## ALIVS ERROR DE SA= CRAMENTIS.

QVOD VERO DE SACRA
mentis cõferendis pari cõmẽto affir=
mant apoſtoli Petri authoritate aſſe
rere contẽdũt. dũ dixit, vnuſquiſque
ſicut accepit gratiã, In alterutrũ illã
adminiſtrantes, tanquã boni diſpẽſa=
tores multiformis gratię dei, nõ attẽ=
dentes, quod Paulꝰ (quẽ proxime citauimus) eodẽ ſpũ
afflatꝰ, ſemel atque iterũ dixit, huiꝰ gratię diſpẽſationẽ
non vniformiter oĩbus eſſe cõceſſam, ſed diſtributã pro
vniuſcuiuſque merito, & dei volũtate ad aliorũ vtilita=
tem, Et ob id alios ꝓphetas, alios apoſtolos alios docto=
res fuiſſe cõſtitutos. Quod ſane illa ip̃a Petri verba aper
te demonſtrant, q̃ tu Valdenſis pro te allegas. Quid enĩ
aliud eſt dicere, tanquã boni diſpenſatores multiformis
gratię dei, quam vt rationabiliter atque ex ordine diſpẽ
ſatio fiat. Neque enĩ eſt bonꝰ diſpenſator, qui aliter diſ=
penſat, quam ei fuerit, a domino commiſſum, quem ſen
ſum illa verba, prout accepiſtis, ęque oſtẽdunt. Sacerdo=
tij enĩ gratiã, non a nobis habemus, neque vſurpare illã
vlli fas eſt. Sed a deo eccleſię miſterio illam accepimus.
Itaque gratiã bonę cõuerſationis fraterneque admoni=
tiõis exhibere quiſque tenetur, ſicut & cętera opera cha
ritatis. Doctrinę vero gratiã (quẽ a deo habet) priuatim
quoque cõicare, opus eſt pietatis dũ recte, & ex charita=
te fiat. Publice vero ea, que ad fidẽ ſpectant, docere his
demũ licet, q̱bus ab eccleſię p̄poſitis ẽ permiſſum. Por=
ro quę maioris authoritatis eſt gratia (vt pote) ſacramen
torum adminiſtratio, & peccatorũ remiſſio, ſolis ſacerdo
tibus certa



tibus certa etiã moderatione eſt conceſſa. Ea nimirũ ra=
tione, quod in eorũ locum ſucceſſerunt, q̱bus eam Chri
ſtus eſt largitus. Et hoc (vt diximꝰ) illa verba importãt,
prout accepiſtis. Propterea & mulieribus docẽdi officiũ
Paulus oĩno interdixit. Quæ ſi Petri verba tã generali=
ter, atque indiſcretę intelligenda putas, nõ eſſent ꝓhibi
te. Conſtat enĩ non ſolũ maſculis, ſed etiã fœminis illũ
ſcripſiſſe quibus in eadẽ, quoque epiſtola particularia p̄
cepta dedit. Pari etiã diſtinctiõe Iacobi apoſtoli ſen
tentia moderatur, quã tu Valdenſis ad aliũ errorem tuũ
comprobandũ inducis. Ais enĩ confeſſionum audienda
rum authoritatem chriſtianis paſſim oĩbus, qui ſecundũ
apoſtolorum præcepta ambulant, eſſe conceſſam (quod
barbæ tui ſibi aſſcribunt) quũ dicat Iacobus apoſtolus.
Confitemini alterutrũ peccata veſtra, & orate pro inui=
cem vt ſaluemini. Nullũ enim (inquiunt) genus hoĩm
diſtinxit, excepitve quum ꝓmiſcue oĩbus ſcriberet. At
vide inſane, quo te dementia trahit. Si quidẽ id ita intel
ligis, ergo omnibus hoĩbus cõfiteri peccata tua debes, ac
proinde, & parẽtes filijs, & mariti vxoribus, & ſenes pue
ris, quod quam ſit abſonũ, tu te, niſi belua es, ſatis intel=
ligis, & in eccleſiaſtico, ſi vnquã legiſti, ſapientia te do=
cet. Ait enim, non confundaris confiteri peccata tua. Et
ne ſubijcias te omni homini pro peccato. Eſt igitur, vt
prædiximus, cum diſtinctione ſermo abſolutus & gene
ralis intelligendus, idque eiuſdẽ apoſtoli præcedẽtia ver
ba aperte demõſtrant, dũ preſbyteros adeũdos eſſe dixit
vt ſuper infirmos orẽt, et oleũ infundãt. Si enĩ oleum in
fundere, & orare ſuper infirmũ, a preſbytero ſpecialiter
eſt requirendum. Quãto magis ſacramentalis confeſſio
illis facienda. In qua peccata oĩa confiteri oportet, atque
a ſacerdote

Reprobat̃ idẽ error quo ad cõ= feſſiones particula= riter.

a ſacerdote velut chriſti vicario remiſſio abſolutioque
implorari. Neque enī oībus paſſim diſcipulis dixit chri
ſtus ipſe. Quorū remiſeritis pctā remiſſa erunt, ſed ipſis
tantū apoſtolis, & in eorū perſona ſucceſſoribus eorum.
Quodquidē & Iacob⁹ ipſe p̄dicto loco aperti⁹ declarat
quippe dū ad preſbyteros eundē eſſe p̄miſiſſet, vt pro in
firmo orent, & oleū infundāt, ſubiunxit. Et ſi ī peccatis
ſit, remittent ei. Quę ſane verba, quum de cōfeſſione &
oratione nulla preſbyterorū facta mentione, poſtmodū
eſt locut⁹, nō repetijt. Sed dūtaxat dixit vt ſaluemini, ha
bent igiť p̄dicta apoſtoli verba, hūc ꝓculdubio ſenſum
vt ſi authoritatiuā pctōrum remiſſionē, & ſanitatis re=
mediū implorare q̄s velit, ad ipſi⁹ eccleſię miniſtros ſa=
cerdotes recurrat. Quippe quorū oratio, ſub eccleſię noīe
facta nō ex ipſorum merito, ſed ex fide eccleſię ſaluabit
eum. Qui vero adiuuari vult fraterna oratione, ex oran=
tis merito, dicat primū illi neceſſitatē ſuā, q̄ alia eſſe non
poteſt quā dei offenſa. Quicq̄d enī patimur, pctā noſtra
merenť. Et multo etiā grauiora. Cōfitatur igitur proxi=
mo ſuo quē pro ſe vult orare, pctā ſua, non q̄dem confeſ=
ſione ſacramentali, vt authoritate eccleſię illa remittat.
Sed vt pro illorū remiſſione, & ex cōſequenti, pro indul
gentia, relaxationeque debitę vltionis deū oret, quē apo=
ſtoli ſenſum, & ſubſequentia verba haud obſcurę aperi/
unt. Multū (inquit) valet deprecatio iuſti, ac ſi diceret,
quum ꝓximo tuo viro iuſto peccatorem te cōſeſſus fue=
ris. Et ille a te rogatus orationem pro te effuderit, ſperare
debes a deo certa fide remedium. Propterea cōſilium eſt
vt inuicem alterutri confiteamur, nos ſcilicet eſſe pecca
tores & oremus viciſſim alter pro altero, Plane hanc ad
quemlibet confeſſionem particulatim fieri nō oportet,
niſi & culpa



niſi & culpa ſit manifeſta. Neque vt dixi tanquā ad dei
vicarium expreſſis circunſtātijs peccatorū, & petita abſo
lutione, ſicuti in ſacramentali. Sed generalib⁹, vel etiā, ſi
de nō occultis placet, particularib⁹ verbis reatum, culpā
que in confuſo viro iuſto profiteri ſat eſt. ☞ De quaqui
dem confeſſione, nō ſacramentali, ſed voluntaria & cō/
muni Loquitur Matthæus euāgeliſta, dum dicit, quod
qui ad Ioannem exibant, vt baptizarentur, confiteban/
tur peccata ſua. Cōſtat enī ex eius proteſtatione peccato
rum remiſſionē eū nō habuiſſe. Eoque ſenſu accipitur,
quod in Leuitico dixit de⁹. Cōfiteantur oēs iniquitates
filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta & peccata eorum. Et
rurſum, propter peccata parentum ſuorum & ſua affligē
tur donec confiteantur iniquitates ſuas, Et malorum ſuo
rum recordantur. Eſayas quoque dicit. Cura (ſi quid ha
bes) vt iuſtificeris, & in Hyeremias legitur, quod Iudæi
populariter ſteterunt, & peccata ſua, & iniquitates pa=
trum ſuorum publicæ confitebantur. Nemo enim tam
inſanus eſt, qui exiſtimet peccata parentum filios ſpe/
ciatim & diſtincte confiteri oportere. ☞ Atque vt hęc
confeſſionis diſtinctio non tibi commentitia videatur,
aut cuiuſquam ſacerdotis auaritia excogitata. Accipe
ex quotidiano vſu approbationem. Si quis nullo iudice
adhibito ſeorſum etiam in turba crimen aliquod confi/
teatur, hęc iudicialis confeſſio dici non poteſt, neque ſu/
per ea iudicium ferri. Quum, vt rite ſententia profera/
tur iudiciali ordine confeſſionem fieri opporteat. Alio=
quin, tametſi, populus vniuerſus confitentem abſoluat
non eſt crimine liber. Niſi hoc iudex, ad quem eius
cauſæ cognitio pertinet, pronunciet, Alterutrum igitur
peccata cōfiteri ſic accipiendū eſt, vt eccleſiæ diſciplinę
ordo ſeruetur

Probatur reſponſio authorita te ſacrę ſcri pturæ.

Suadeť ſi= militudīe & exēplo familiari.

ordo ſeruetur,& clauium authoritas non confundatur.

Oñditur dicta ſacrę ſcripturę diſtinctio nem & in/ terptatio/ nē de ne/ ceſſitate re cipere.

☞ Sicque apoſtolorū,immo & dei ipſius dicta ſūt inter pretanda,vti ne quid inuicē pugnet.neu alter alteri con tradicere videatur. Qñquidē niſi ita fecerimꝰ repugna bunt oīa,nihilque certū in ſacra ſcriptura iuenietur. nā vt a propoſita materia,non diſcedamus. Ioānes apoſto/ lus in epiſtola canonica, ſic loquitur. Si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrem Iheſum chriſtū.& ipē eſt propiciatio pro peccatis noſtris.Iacobus vero adeun dos eſſe preſbiteros dicit,& alterutrū cōfitēdū. Nonne hęc ſibi iuicē vidētur cōtradicere,niſi cōfeſſiōis,atque ſupplicationis duo eſſe genera intelligas,alterā q̄ deo fit ſoli,& q̄ hoī fit alterā.& rurſus,eius quę fit hoī duas eſſe ſpecies,vnā quę fit ſacerdoti,vt iudici,& chriſti vicario & aliā quę extra iudiciū fit equali. ☞ Et hęc de cōfeſſi one ſatis.

cōfūditur alius error quo valdē. oē orōis ge nus repro= bant quod ī ſacra ſcri ptura non inuenitur.

Nā quod hi demētes aſſerunt nullā orationē recipiendam eſſe,niſi quā a certo,& probato authore,ad aliquid a deo impetrandum cōpoſitam eſſe conſtet. Tā eſt per ſe erroneam.vt ne ipſi quidē perſiſtere in eo au/ deant,quamuis a multis eorum barbis hoc fuerit ſępenu mero prędicatum,vt glorioſe virginis marię,& cętero= rum ſanctorū cultis abrogarent.& ſūmorū eccleſiæ do= ctorū cęterorūque cōfeſſorū authoritati detraherēt,qui vt fideliū mētes ad deū vehemētius inflāmarēt varias & quidē potiſſimas,ad deū,& ſāctos eius ꝑſertim mariā virginē,oratiōes cōpoſuerūt,ex quibus ſacroſanctę miſ ſę pars maxima conſtat,quam hoc pacto fere totā abro= gant,atque abijciunt,& pari ratione ſalutationem ange= licam ad dei genitricem a fidelibus frequentandā nō cē

de ſalutati one āgeli/ ca ꝙ ſit ſa= lubris.

ſent,quaſi illa orationis formā nō habeat,ſed ſalutatio= nis re autē vera (vt virgini ipſi) quam ſicuti, & ſanctos reliquos



reliquos adorari,colique nephas dicunt,hunc laudis cul tum ſurripiant. ☞ Nam alioquin quæ eſſet eorum de/ mentia ſi omne oratiōis genus,niſi quo aliquid a deo po ſtulamus ſummouerint.immo vero omnes ferme pſal= mi,& cętera,quę eccleſia primitiua.& ipſi quum primis Apoſtoli ad dei honorē,vel cauēda,vel pronūcianda fi delibus tradiderūt pręter dei laudes.& bñficiorū in hu= manū genus mēoriā.aliud ferme cōtinēt nihil, quę oīa oratiōis noīe cōprehēdi nemo negauerit,qñ ex noui,ve teriſque teſtamēti ſerie manifeſtū hoc fiat, & ipſiꝰ voca buli diffinitio hoc icludat.

oñdiť eos errare ī vo cabuli ītel lectu.

Quid ei a patre ſaluator pe/ tijt,dū orādo dixit. Cōfiteor tibi pater cœli,& terrę, qui abſcōdiſti hęc a ſapientibus,&c. Et quū Lazarū ſuſcita= turus dixit. Gratias tibi ago pater,quia audiſti me, & q̄ ibi ſequūtur. Totiēs igitur recte oramus, quotiens ad de um mentem erigimus,quia tamē eius ope ſemper indi/ gemus,& omia ab eo ſperare debemꝰ,iubet ipſe,vt ab eo omnia poſtulemus. ☞ Hę autem recte petēdi materia

de oratiōe dñica qđ nō exclu= dat alias.

deeſſet vnica oratione omnia,quę vel ad eius laudē, vel ad noſtras neceſſitates pertinēt,breui verborum epilo/ go complecti voluit,quę licet ad cuncta (quibus indige mus) petenda abunde ſit ſatis,particulatim tamē alia q̄ dam alijs etiam verbis petere,quis iudicabit impiū, niſi qui eſt ipſe ipijſſimus, omniſque veri incredulus. Quā do & Chriſti,& apoſtolorū,cęterorūque ſanctorū viro rū ī nouo ēt teſtamēto varia iueniāť orōnū,petitionūq; gña,& ipē idē ſaluator q orōnē illā ad oīa plane ſufficiē tē aplōs docuit,nōne eoſdē & alia orādo petere monuit dū dicit. Orate pro calūniātibus,& perſequētibus vos,& iterū. Orate ne fuga veſtra fiat hyeme,aut ſabbato eoq; illud ꝑtinet.quicq̄d orātes petitis ſcitote qm̄ accipietis. de errore quē

## ¶DE ERRORE QVEM HA= BENT CIRCA SACRA= MENTVM EVCHA= RISTIAE.

QVE VERO DE EVCHARI/ ſtię ſacramento,deque eius ſubſtan= tia,& veritate,nonnulli ex ea ſecta quo ſe cæteris doctiores oſtendant, deridunt,ſeu garriũt potius quam lo quantur,perſequenda hoc loco non videntur. Quando quidem tam al= ta ſunt,tãquã archana,vt & fideles quidem ipſi,vel pe= ritiſſimi Theologi vix capere,minime vero tradere cę teris poſſint. ☞ Neque hi ad quos nobis habẽdus eſt ſer mo ſane ruſtici agreſtes,montani,literarumque prorſus ignari,idonei ſint, qui vel eo modo,quo nos catholici te nemus,vel eo,quem eorum ſcioli barbę tradunt,rem ip/ ſam percipere poſſunt. Perfectorum nempe( vt apoſto/ li verbis loquamur)eſt iſte cibus,non infantium,aut pue rorum,vel etiam in fide adultorũ,quibus vel lac ab ini/ tio,vel leuior,vel liquidior cibꝰ ſubminiſtrari,pro tem= pore debet. Abundeque ſatis fuerit illis recens Dei fide renatis perſuaſum eſſe,eundem Chriſtum in hoſtia illa (quam adorant)realiter conſiſtere. Quo autem modo ibi ſit,& cętera ad apices illos Theologicos pertinentia ad fidem eccleſiæ reijcere,nihilque vlterius propter cõ= ſcientiam inquirere. ☞ Qua ratione parum vtiliter la boraſſe mihi videntur,qui aduerſus hanc ſectam ſcri/ bentes circa huius Euchariſtię ſacramenti difficultates

prio oñdir nõ eẽ mul tũ inſiſten dum.

taxãtur il= li qui cum

magna ex



magna ex parte ſunt verſati in eiſque extricãdis,tam ar gutę,tamque ſubtiliter,ne dicã cõfuſe,ſunt locuti, vt an ipſi plane rẽ percipiant,addubitari haud immerito poſ= ſit,neque id ea ratione dixerim quod quũ ipſe non capi am quod fateor ingenue,aliorũ captũ excedere arbitrer Sed quia tãtę difficultatis hęc res ſemper eſt habita, vt peritiſſimi quique fide ſuperari, humani ingenij vires opportere profeſſi ſunt.& omnino ĩter porcos non ſunt ſeminandæ margaritæ,& proinde haud pręcium opere perdidiſſe videbimur,ſi huic hominum generi(quũ re= ſpiciunt)in cæteris perſuadere poſſumus, Ne vltra quã dictum eſt inquirant. Sed eccleſiæ ſanctæ,catholicę de ciſioni cæteras huius ſacramẽti,& aliorum fidei noſtræ articulorum,eccleſiaſticorumque myſteriorum difficul tates abſolute relinquant,omniaque ſub illo articulo in cludãt,Credo in ſanctam eccleſiam, quod proculdubio abſque vlla controuerſia ſunt facturi. Tantũ vt Roma nam hanc eſſe fateãtur,Hinc nẽpe(vt ſępe iã dictũ eſt) vis omnis controuerſię pendet.ſed poſtea quã facti erũt, in fide,& religione pura fortiores,alijs notioribus termi nis palpabilioribuſque rationibus,& argumentis, & in/ ſuper familiaribus,exemplis naturalibuſque figuris, & ſimilitudinibus huius tam imperceptibilis ſacramenti veritas ſublimitaſque erit inſinuanda,ad quod ea quę de ſacramẽto ip̄o in tractatu de diuina ꝓuidẽtia nuper ſcri pſimus,erunt fortaſſis his Thologicis ſubtilitatibus vti liora,non his modo de quibus loquimur,verum & vni/ uerſis Chriſtifidelibus,qui Theologicarum ſpeculatio num non ſunt vſquequaque capaces . Quod tamen ne noſtra ęſtimare plus iuſto videamur,aliorum iudicio re linquimus.

valdeñ. ni mis acute de hoc arti culo diſpu tant

alius error

## ☞ALIVS ERROR DE BENEDICTIONE SACERDOTVM QVOD NIHIL CONFERAT.

IRRIDENDA VERO eſt potius quã impugnanda horum beluinorum hominum, illa aſſertio, qua vt prelatorum & eccleſiæ authoritati derogẽt, indoctiſſime affirmãt benedictiones ſacerdotum virtutem habere omnino nullam. Propterea neque cimiteria, neque aquam, neque oratoria, neque ornamenta eccleſiaſtica, neque reliqua, quæ de more benedici ſolent, ex ea benedictione quicquam percipere, atque in hoc (ſicut in cęteris ſuorum errorum articulis) morbum cupiditatis (quam nobis imputant) aperte denudãt. Nõ enim tam benedictionem improbant quanquam pro ſepultura ſacerdotibus ſolui aliquid graue ſacrilegumque putant. Vtique hunc ſumptum vitare poſſe ſimplicibus perſuadeant, Benedictionem cymiterij, vna cum cæteris (quas cõmemorauimus) pari ratione inanes inducant Et eo amplius ſuperſtitioſas. ☞Sed quo (quæſo) argumento qua veratione, qua (inquiunt) deus poſtquam cũcta creauit, ſimul omnia benedixit, neque vlla humana benedictio huic comparari poteſt. Ad hæc, neque Chriſtus, neque Apoſtoli præceptione vel exẽplo nobis, hoc reliquerunt. Solum enim quũ manducarent benedicere (quæ menſę apponebant̃) ſolebant. Neque Ioſeph, quũ

Rationes Valdẽſiũ.





Chriſtum monumento intulit) pœcuniam exegiſſe refertur, aut temporale aliquid accepiſſe. ☞ Verum tanta eſt vis virtutis, tantaque infirmitas mẽdacij, vt ſeipſam falſitas confundat, & veritas, nullo etiã defendẽte, emergat, per ſeſe. Siquidem hi Valdenſium barbæ, dum de aqua benedicta contendunt, eas rationes, atque authoritates afferunt, quibus oſtendere nituntur, Benedictionẽ ſacerdotum nullius eſſe momenti. Quum vero, de cymiterio loquuntur, ad ſacerdotum auariciam ſe conuertunt quaſi illa terræ ſacræ, vel religioſe virtutem cõtaminet, Poſt vbi de cæteris ſacerdotum benedictionibus diſceptant, Illas quidem magni eſſe effectus & momenti concedunt, dum a bonis ſacerdotibus fiant, quales ſeipſos dicunt. Et præter eos neminẽ. Ecce quot diuerticulis euadere nitũtur, quum ſe deprehenſos agnoſcunt. ☞ Equidem benedici aquam, vel terram ad vſum hominũ, ad fugandos ſpiritus malignos, arcendãque eorum ptãtem vel ad dei imprimis reuerentiã, ſuperſtitioſum eſſe, quis dixerit, quando Melchiſedech. primũ dei optimi maximi ſacerdos panẽ & vinum benedixiſſe ſcriptura referat Et hoiem benedicere, a patriarchis & ꝓphetis, a Chriſto ipſo, & apoſtolis introductũ legimꝰ, ne dũ creaturas reliquas. Iſaac nãque Iacob benedixit. Et ne fruſtra id fecilſe putes, tantã ſuæ benedictionis vim fuiſſe ſcriptura oſtendit, vt ne (ſi voluiſſet) quidẽ reuocare illã poſſe ꝓteſtetur. Quãuis fraude extorta, & per errorẽ cõceſſa fuiſſet. Vide inſuper quid ipſe de hac re ſcripſerit, benedixi (inquit) ei. Et erit benedictꝰ. Vide etiã qd benedicendo priꝰ dixiſſet. Qui tibi maledixerit, ſit ipſe maledictꝰ. Et q tibi benedixerit, benedictionibꝰ repleatur. Nũqd & in Leuitico legitur, quod cõpleto ſacrificio extẽdens

Reſpõſio qua primũ oſt ẽditur valdeñ. in hoc articulo nullum habere certũ fundamentum.

Probať authoritatibus ſacræ ſcripturæ efficacia bñdictionum.

Aaron ſacerdos manũ ad populum benedixit ei? Et Io-
ſue quum dimiſſurus eſſet duas tribus & dimidiam alte-
rius pari forma illis benedixit. Dauid quoque populum
benedixiſſe refertur Et alibi id genus exempla atque te-
ſtimonia in ſacro Canonę curioſus inueſtigator facile in
ueniet. Apoſtolus quoque ad hebręos ſcribẽs dicit, quod
minus eſt, a meliore benedicitur. Quid quod Chriſt⁹ in
euangelio iubet maledicentibus benedicere? niſi benedi
ctionem aliquid habere virtutis cenſeret? Quod præce-
ptum ſeruans Apoſtolus dicebat maledicimur, & bene-
dicimus. Pari quoque poteſtate maledictio ſacerdotalis
dei authoritate facta magnã quoque inferre noxam, nõ
eſt dubitandum. Alioquin quamobrem præcepiſſet an-
gelus populo dei, maledicite terrę meren & habitatorib⁹
eius. Paulus quoque inſpirante deo Ananiã maledixit.
Vide rurſus quantũ benedictio vel maledictio hoĩs vale
at apud ſapiẽ. in Leuitico, Benedictio (inquit) patris fir-
mat domos filiorũ. Et maledictio matris eradicat funda

Cõfundiť rõ Valdẽ- ſium.

mẽta. ☞ Hęc & alia eiuſcemodi pluria aperte illã val-
dẽſiũ rationẽ cõfundunt qua probare nitebanť, ſufficere
primã dei benedictionẽ quã ſuper oĩa a ſe creata effudit
Quãdo alię poſt illã & ſuper hoĩes, & ſuper cætera ani-
mantia, & ſuper inſenſata factę fuiſſe ꝓhibẽtur? Quod
niſi ita eſſet, Nõne populo hębreo illuſiſſet Moyſes, dũ
ex ore dei illis dixit. Si audieris vocem dñi dei tui, vt au
diatis, atque faciatis oĩa mãdata eius, q̃ ego pręcipio tibi
hodie, bñdictus tu agro, bñdictus in ciuitate, bñdictus
fruct⁹ vẽtris tui, & fruct⁹ terrę tuę, fructuſque iumẽtorũ
tuorũ, & greges armẽtorũ tuorũ, & caulę ouiũ tuarũ, bñ
dicta horrea tua, & q̃ ibi ſequũť. Si ei bñdictio hęc, prio
ri benedictioni (quã dedit deus) ab initio creaturis oĩb⁹





nihil conferat, illuſoria erit & futilis. Et illa pariter, qua
Chriſtus panes in deſerto, & in cœna panẽ & vinum be
nedixit. ☞ Intellige igitur ignare literarũ ſacrarum, di

Declarantur variæ ſpẽs bñdi- ctionũ & eorũ effe- ctus.

uerſas eſſe dei benedictiones vti diuerſas virtutes atque
operationes habet. Benedict⁹ quippe eſt oĩs homo, quia
gratiã dei habet, qua eſt, qua viuit, qua mouetur & ſentit
Sed multo magis, qua intelligit & diſcernit. Maxĩe au-
tem qua deum cognoſcit, illique cõiungitur. Benedict⁹
eſt etiam fructus ventris oĩm fideliũ, ſicut Moyſes præ-
dixit quẽ proxime retulimus. Sed multo magis ille de
quo Gabriel Marię dixit. Benedict⁹ fructus ventris tui
Idẽ & de creaturis dicendũ eſt, dicit enĩ ꝓpheta imples
omne animal bñdictione. Itẽ & vniuerſæ terræ, eiuſque
germinib⁹, cunctiſque animãtibus bñdixit, vt creſceret,
fructificaret, & multiplicarenť. Sed ꝑticulari & excellẽ
tiori gratia bñdixit dñs Noe, & filijs ei⁹, necnõ Abraę,
& ſemini ei⁹. Et oĩb⁹ denique iuſtis ſicut ſcriptũ ẽ. Q̃m
tu benedices iuſto, & nõ ſolũ hoĩbus, ſed etiã terrę eorũ,
quos diligit, ſicuti Moyſes (cui⁹ verba ꝓxime retulim⁹)
teſtatus eſt. Et propheta dixit. Benedixiſti dñe terrã tu-
am. Contra vero impijs hoĩbus maledicit dicente ꝓphe
ta, maledicti qui declinant a mandatis tuis. Maledixit
& terrę, & operibus eorũ, ſicut ad cõem oĩm parentũ di-
xit. Maledicta terra in opere tuo. Et Moyſes iuſſu dei
populo hębreo. Si a via domini declinaſſet, totidem ma
ledictiones cõminatus eſt, quot promiſerat benedictio-
nes, ſi in ea ambulaſſent. Igitur hæ ſacerdotum benedi-
ctiones, Implorationes, ſeu Inuocationes, ſunt diuinæ
gratiæ in creaturas, ad vſum & ſalutem hominum quas
deus ipſe conſtituit. Nam & aqua in miniſterio exor-
cizata iuſſu dei, aſperſit Moyſes populum, vt ſan-

alia rō val deñ. cōfun ditur ꝙ nō eſt a xp̄o, vel apoſto lis ītrodu- ctum.

ctificaret. ☞ Hi autem fatui iccirco dicunt, aquam be- nedici in eccleſijs non debere, quia neque hoc Chriſtus neque apoſtoli eius fecerunt, aut fieri mandauerunt, qua ſi nihil a nobis dicēdum, faciendumve ſit, quod non ab ipſis factum legamus, nullaque ad ſalutem, & directio- nem hominū conſtitutio fieri ab eccleſia, eiuſque mini- ſtris poterit, quæ non ſit nominatim a chriſto, vel apo- ſtolis tradita. Qua (vt iam in ſuperioribus oſtendimꝰ) nulla poteſt eſſe maior inſania. Quid enim illa apoſto li verba operarētur. Obedite præpoſitis veſtris. Et Chri ſti ipſius. Quæ dicunt vobis, facite, immo principum, & poteſtatum ſecularium, dicto obedientes eſſe, Paulus ad Titum ſcribens pręcipit. Rurſus dum Chriſtus poſtea quam pedes apoſtolorum lauit, dixit. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis. Nū- quid de ſola pedum lotione intellexit? an non potius de omni humilitatis, & charitatis officio? Et pariter apo- ſtolus dum dixit. Chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis re- linquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eiꝰ. An hoc a nobis exegit, vt cruci affigeremur? an vt humilitatem, patientiam, cæteraſque humanas virtutes eius imitare- mur, & eodem modo apoſtolus dum dixit. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. equidem non particula- res illorum actiones imitari ſatis eſſet. niſi & in vniuer ſo ad ſingulas noſtras eius præcepta, geſtaque aptaremꝰ. Nam præterquam quod teſte Ioāne apoſtolo pauca ex prope infinitis de Chriſto ſcripta ſunt non omnia in eiꝰ perſona contingere potuerūt, quæ in vniuſcuiuſque no ſtrū quotidie cōtigūt, vt ſūt hūanę actiōes ex ꝑſonis tē poribus, locis, & euētibus oñi tēpore, momēto varię quē admodū neque ad oēs caſus cōtingētes hūanę leges pro





ſpicere poſſūt. Sed ex vniuerſalibꝰ pręceptis ad parti- cularia, & ex particularibꝰ rurſus ad ſimilia iudicari op portet, quod eq̄dē fieri nullo modo poſſet, niſi pricipes vel magiſtratus extarēt, quibus legum interpretandarū, immo, & nouarū cōdendarū pro rerū, & tēporū cōditio ne ius eſſet, ita prorſus in hac re dicendū eſt. Quædā no bis pręcepta in veteri lege, per ora prophetarū a deo da- ta, & in noua a dei filio, nōnulla etiā exēpla ad imitatio nem relicta, verū & ad horū declaratione, āpliationem moderationēque miniſtro legis opus eſſe, ſine quo inuti lis profecto eſſet legū diſciplina. Hos vero nō alios di- cere poſſumꝰ quā apoſtolos, eorūque ſucceſſores quos ſa cerdotes Romanæ ecclię eſſe ex prędictis liquet mani- feſtiſſime. Et ex cōſequenti, quod in paucis Chriſtus, & apoſtoli fecerunt, hoc illi in alijs faciēdū ſtatuere potue runt, eorūque ſtatutis reliquā multitudinē obtēperare neceſſe eſt. quę quū ita ſint, puerile eſt quod Valdeñ, in hac re de qua loquimur, & in alijs pleriſque allegāt. Nō legimus a deo, vel apoſtolis traditū, id enī ſi ita eſſet, quo tiens nouus caſus emergeret. reſurgere illos oporteret.

declaratur quō & in quo bn̄di- ctio hæc proſit.

☞ Hanc autem benedictionem, nō tam ſupini ſumus, vt ex aqua, vel terra benedicta ſanctificari hoīes cre- damus, niſi quatenꝰ ipſi ad gratię ſuſceptionem ſe red- dunt idoneos, Iccirco, qui aqua benedicta aſpergūtur, & in peccato ſūt, nullā omnino benedictionē recipiūt. ſin in gratia, & illā cū humilitate ſuſcipiūt, ex ipſa humili atione, & reuerentia quā cerimonijs eccleſię, miniſtriſ- que eius pręſtant, meritū cōtrahūt, quo augetur & grā. atque inſuper creatura illa ex ſuſcipiētis merito, fideque diuinā recipit proculdubio virtutē, quantā. s. & qualē de us ipſe p̄ſtare dignatur. ☞ Eo nāque cerimonię omnes

Quia de cā deus oms cerimōias introduci voluit.

ab eccleſia introducte pertinēt, vt ad diuinum cultū, & religionis pietatem homines exterioribus rebus, & acti bus conuertantur, & alliciantur, alioquin neque templa neque ſacrificia, neque pſalmi, neque orationes, neque a liud quicquā ad dei honorem cōſtitui oportuiſſet, quū vbique ſit deus. Et in anima iuſti per gratiā habitet. ille que a nobis nihil pretermentem, & animū requirat ne que noſtris exterioribus actibus, niſi pia mente fiant, in clinatur, Verūtamē vt aſſueſcant pijs actionibus homi nes, & ad mēoriā frequēter dei i ſeipſo magnitudinē, & in eos indulgentiā, & bonitatē reducant, iſuper & ſermo nibus, atque exhortationibus pulſari ipſe voluit, & exte rioribus actibus nos ſibi humiliari, atque in ſingulis qui buſque operationibus noſtris, eius & nomen inuocari, & gratiā implorari, & denique omnes eius creaturas, preci pue qbus quotidie vtimur, & veſcimur, cū gratiarū actio ne in eius nomine benedici, vt dum hoc in eius laudē & ſuorū in nos beneficiorum memoriā facimus, ipſe quo que creaturas ſuas. a nobis in nomine ſuo benedictas ad mentis, & corporis ſalutem, & profectum nobis aſſidue concedat.

de cimeterijs ad qd valent

☞ Quod vero de cymiterio conſtitutum eſt, nihil ad mortuorū ſalutem conferre confitemur, quum ſint a corporibus ſeparate anime ſineqbus nihil cadaue ra demereri poſſunt. Sed ad religionem hæc ſunt ab ec cleſia introducta, vt ab impijs fideles etiam vita deffun cti ſecernantur, quod & omnis natio ſemper obſeruauit. Et iudei inter charitatis opera maxime habuerunt ſicu ti ex Thobie hyſtoria deprehendi poteſt, & ex trigin ta argenteis a Iuda proditore relatis, ex quibus ſacerdo tum principes agrum figuli emerunt in ſepulturam pe regrinorum. Ne aut inhumati manerent, aut in propha no loco



no loco ſepelirentur. Denique magna ſemper antiquis fiunt ſepulture cura, tum ob eam (quā prediximus) cau ſam, tum vt ſanctorū hominum memoria ad poſterorū inſtructionem ſeruaretur. Qua ratione Abraam ius ſe pulchri impetrauit a filijs Loth, In quo & filius eius Iſa ac, ſepeliri ſe mandauit. Hanc quoque ſolicitudinem & Patriarche, reliqui, & Prophete, & reges, in veteri te ſtamēto habuiſſe referūtur. Sed & apud ſanctorū cada uera ſepeliri pulchrū putabāt. Sicut ꝓpheta ille ſamarie filijs ſuis præcepiſſe legitur, in libro regum. Sepelite (in quit) me quum mortuus fuero, in ſepulchro i quo vir dei ſepultus eſt, iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Vnde eti am pœnæ. atque ignominiæ maxime aſcribebant, in ſe pulta iacere cadauera, aut extra maiorum ſepulchra, & in aliena terra ſepeliri. Eſt & aliud, quod in cimeteri js Chriſtianorum ſepultis cadaueribus plurimum pro deſſe ſit perſpectum. Suffragia, ſcilicet quæ particula tim ab eccleſiæ miniſtris, pro his qui in eccleſiarum, & cymiteriorum ſepta ſunt ſepulti, quotidie exhibentur. Qua ratione qui articulum illum credunt, hunc benedi cendorum cymiteriorum ritum vt probent neceſſe eſt.

rñdetur ad id qđ obiiciunt valdēn. ſacerdotib⁹ auaritiam

☞ At auare nimis pro ſepultura ſacerdotes pecuniā exi gere. Nos quoque deteſtamur, & ſacri canones diſtricte prohibent. Neque qui modum excedunt, grauem cul pam euitant. Verum ex hac ipſorum auaritia putas ne diuinam in loco virtutem imminui, & animas in purgatorio cruciatas pijs fidelium ſuffragijs defrauda ri profecto ſi id ita eſt, neque Chriſti corpus recte conſe cratum, tibi ad ſalutem proficiet ſi, dum illud ſacer dos miniſtrat, eſt in peccato. Quod plane quis ſanus mente vnquam dixit, aut cui ſenſato homini



perſuaderi

Oſtendit eos in hoc magis peccare.

perſuaderi potuit? ☞ Sed vide ne dum ſacerdotũ auari-
tiam dãnas,& opprobras,tuã ip̃e accuſes. Dic mihi (q̃ſo)
ſi nihil tu pro quotidianis ſacrificijs ſacerdoti cõfers, ne
que oblatiões neque decimas, neque aliud p̃ſidiũ vllũ,
neque ad ſepulturã neceſſariorũ tuorũ ipenſã aliquã fa
cis,ſed illũ,abſque vlla mercede vis oĩa facere. Quo pa
cto ſe ſacerdos ille ſuſtentabit,vir p̃ſertim ſacerdotio di-
gnus, & ad curã animarũ idone⁹. Nũquid & ſaluator di
cit,dignũ eſſe mercenariũ mercede ſua? Et apoſtolus,eũ
qui altari ſeruit,de altaris prouentu viuere oportere. Pro
fecto ſi tu liberaliter ſacerdotibus de tuis facultatibus er-
rogares meliores prȩſtantioreſque haberes. Et deus ipſe
tibi pro terrenis ſpiritualia profuſius largiretur. Sed eo-
rum auaritiã accuſas,quibus ne vnde egre quidem viue
re poſſint,tribuendũ putas. ☞ Qua ratione ab eccleſia
(deo approbãte) eſt cõſtitutũ,vt etiã iuiti ad hȩc mũera
chriſtiani cõpellerẽtur ne creſcente hoĩm auaritia, & re
frigeſcente charitate,cultus diuinus minueretur, & ani-
marum cura negligeretur. Nã & collectas eo reſpectu
imponi atque exigi apoſtolus iuſſit,ſicut in ſuperioribus
eſt oſtenſum. Neque enim abſque ſuffragio tẽporalium
exerceri diu tẽporalia poſſunt. Sed & alia ratione curan-
dum eſt,præter coactionẽ a prælatis, vt ſubditi in opus
pium illis conferant,quo ſcilicet maius apud deum me-
ritum contrahant, ſicut docet Paulus ad philipp. ſcri-
bens,quos quum de eorum erga ſe liberalitate cõmẽdaſ-
ſet,adiecit,non quia quȩro datũ,ſed requiro fructum abũ
dantem in ratione veſtra. ☞ Sed cõcedamus (quod nec
oĩno negam⁹) Auaros eſſe ſacerdotes,legeſque a ſanctis
patribus ſanctitas cupiditate corrumpere. Non ad te (vt
ſȩpe dixim⁹) hȩc cura pertinet,neque tibi eorũ correctio

Cã p̃pter quã layci cogi poſ-ſunt ad oblationes & ſubuentiones clericorum.

Oſtendit q̃d ad laycos nõ p̃tinet corrigere clericos.

eſt permiſſa.



eſt permiſſa. Caue tu ne eadẽ vel maior auaricia te incen
dat,& ne ſimul & auaritiæ,& ſuperbiȩ crimen incurras,
dum & debitã deo,atque eccleſiȩ collationem ſubtrahis
& tui ſacerdotis ac prælati cenſorem, iudicẽque te arro-
ganter conſtituis quod eſt abſque dubio crimen Auari-
tia longe grauius & deteſtabilius. Nec barbas tuos auari
tia (quã nobis impugnant) carere putes. ☞ Sed iccirco
minorem habere videtur,quod deeſt illis occaſio ad ma
iorem,dum enim noſtram tibi obijciunt, hoc agunt,vt
quod nobis prȩſtares,ipſi abs te accipiant modico quidẽ
contenti,quia ſi tantũdem,aut plus a te exigerẽt, tu a no
bis proculdubio, vitæ & fortunarũ tuarum periculo nõ
diſcederes,etiam ſi nihil de religione ſentires. Maiorem
igitur auaritiam dãnant,vt libere exerceant ipſi mino-
rem,veluti ſi quis vſuram ſemiſſem deteſtetur vt abſti-
nentibus ab ea cæteris feneratoribus ipſi quicũcem ſolus
exerceat. Hos vero & his ſimiles errores hui⁹ ſectæ pſeu
do ſacerdotes ſuis ſequacibus perſuadent,vt a ritu,& obe
dientia ratione eccleſiȩ eos auertãt,& ſuã ipſorũ trahãt.

Cõprobat auaritia barbarum

## ☞ ARTICVLVS DE INDVL GENTIIS.

QVE ENIM DE INDVL-
gentijs ab eccleſia conceſſis, contem-
nendis affirmant, non alio ſpectant.
Quam ſane materiã proſequendã nõ
putamus. Quippe quȩ diffuſe a mul-
tis eſt tradita, facileque in hac nobis
aſſentient,ſi in reliq̃s ipſius eccleſiȩ
authoritatem ſequantur. illiuſque fidẽ recta intentione
teneant. Pauca

teneant. Pauca tamē ex plurimis huic tractatui interſe=
remus, quibus ad earũ conſecutionē hęc rudis plebs per=
ſuaderi poſſit. Quando (vt diximus) neque ſanctorũ do
ctorum authoritatibus, neque acutis argumentationibꝰ
moueri facile queant. ☞ Conſtat enī ex pręmiſſis afflu
enter ſucceſſores apoſtolorũ eandem poteſtatē dimitten
di hoībus peccata nunc habere, quã Chriſtꝰ apoſtolis de
dit, quũ dixit. Quorũ remiſeritis peccata, remittētur eis
Hæc autē remiſſio non culpã reſpicit ſeu reatũ. Quippe
ad deum ſolum hoc pertinet, qui ſolus hoīm corda rima
tur. Et eorũ contritione pœnitudineque perſpecta cul=
pam relaxat. Prius etiam quã ad ſacerdotē peccator acce
dat dum ſacramentũ confeſſionis non contēnat. Sicuti
in pſal. legitur. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſticiã
meã dño, & tu remiſiſti impietatē pc̄ti mei. impietas nã
que peccati culpa ipſa eſt, quã cõfeſtim pœnitēti, imo ve
rius culpã agnoſcēti, eo ipſo teſte remiſit deus. Ipſe quo=
que chriſtꝰ murmurãtibꝰ Iudęis eo qđ pctã remittere ſę
diceret, ſoliqȝ deo id cõpetere affirmãtibꝰ nõ cõtradixit
Qui ex virtutis magnitudīe ſe deũ oñdit. Et eo iure pctã
remittere, vt autē inq̄t ſciatis, q̄a filiꝰ hoīs ptãtē habet ī
terra dimittēdi pctã, videte q̄d faciã. Tũc ait paralitico
Surge & ambula ipſe enī ille eſt agnꝰ, quē Ioãnes oñdēs
dixit. Ecce agnꝰ dei, ecce q̄ tollit pctã mũdi. Cæterũ &
cõdigna ſatiſfactione poſt huiꝰ culpę remiſſionē eſt opꝰ
Sicut ex Dauid exēplo ꝑſpici põt q̄ poſtquã remiſſam
ſibi īpietatē pctī ꝓfeſſus eſt, lõga & acerba pœnitudine
ſe macerauit. Quēadmodũ ī libris regũ hiſtoria cõteſta
tur. Hęc itaque culpę remiſſio deo ſoli ꝑtinet. Pœne ve
rõ tēporalis indictio ꝓ culpę modo ſacerdoti, quã ex eiꝰ
arbitrio pendere nemo negauerit, quũ nõ ſit a lege deter

minata iuxta

Oſtendiť in quo cõ=ſiſtat au=thoritas ſacerdotium quo ad ip=ſas indul=gentias.



minata iuxta illud qđ in deutero. legiť. Pro mēſura pctī
erit plagarũ modus. Et in euãgelio dicit Saluator, qđ q̄
grauius offendit, vapulabiť plagis multis, & q̄ minꝰ pau
cis. Porro harũ pœnarũ vel plagarũ, q̃ offenſioni remiſ
ſa etiã culpa debereť ſi moderator ē ſacerdos, ex cõſequē
ti maiorē minorēve ſatiſfactionē indicere põt. Alioquī
remittēdi pc̄tã ptãtem nõ haberet Idque in pœna tēpo=
rali ab antiquis Canonibus indicta patet manifeſte, quã
minuere ſacerdos in illo pœnitentiali foro pro ſuo arbi=
tratu põt (vt pote) ſi decē dierũ ieiunia, aut aliud grauius
ꝓ homicidio lex indixerit poterit ꝓ q̃litate ꝑſonę, vel
cõtritionis, quã ꝑ exteriora iudicat, modo tēperare. Quã
ſane moderationē (dũ rite fiat) deꝰ quoque habiturã ſe ra
tã p̄dictis verbis cõteſtatꝰ eſt. ☞ Rite aũt, vt facta dici
poſſit, facultas aũ oīa cõcedētis ē attendēda. Hęc enī pro
dignitatis, & admiſtrationis qualitate magnitudineque
ab vniuerſali eccleſia ſacerdotibꝰ ē cõceſſa. Ita, vt q̄ ma
iore p̄fulgēt gradu, maiorē etiã habeãt ptãtē, ſicuti & in
tēporalibꝰ magiſtratibꝰ videmus. Alios capitis, alios le=
uioris ſupplicij, quoſdã maioris cohertiōis. ☞ Quoſdã
minoris, & denique nõnullos grauioris mulctę. Alios to
lerabilioris habere ptãtē, vti maiori minorive ptãte offi
cioque funguntur. Quo ordine nihil eſt rationabilius.
Quis enī eſt paterfamilię, tã inſanus, q̄ equalē oībus, vel
ſeruis, vel filijs, vel miniſtris ſuis tribuat domeſticarum
rerũ ſuarũ adminiſtrationē, & non (ſicut Chriſtꝰ docet)
propriamque cuiuſque virtutē metiatur? Inde fit, vt mi=
noribus prælatis, ad certũ modũ indulgentiarũ poteſtas
ſit limitata, Immo & certorũ criminũ relaxatio ſit inter
dicta. Et vti maiore ſacerdotio digni habiti ſunt. Ita
maior illis poteſtas in ea re ex eccleſiæ (vt diximus) de=
creto eſt cõceſſa.

Quõ facultas cõcedēdi indulgē=tias ē in cęteris p̄latorũ limita=ta in papa vero abſo=luta.

Perſuadeť exēplo ſeu ſimilitudi=ne.

creto eſt conceſſa, ne temere, & indiſcrete tãtus eccleſiæ theſaurus diſpẽſetur. quippe gradui (vt iã ſępe dixim⁹) poteſtas datur, nõ perſonę. inde euenit, vt queadmodũ in tẽporalibus poteſtatibus recte inſtitutis videmus, ad ſupremũ pricipẽ plenitudinẽ poteſtatis referri, & pter eum ad aliũ neminẽ, ita & in eccleſiaſtica poteſtate fieri conueniat, in qua eo ſupra omnes magis neceſſari⁹ eſt ordo, quo dei, quam hominũ opera, & ſpiritualia, quã tẽporalia ſunt ordinatiora, eaque ratione ſũmo Chriſtianorum pontifici, ſupremã huius theſauri cõceſſã credimus poteſtatẽ, quia & hoc ab vniuerſali ecclia, ita receptũ eſt quã (ſicut in ſuperioribus iã dictũ eſt) deſerere chriſtus ipſe caput ei⁹, & priceps nequaquã põt, niſi ſicut cęteri homines, ſit & ipſe mẽdax, ☞ Hanc itaque poteſtatẽ i virtute meritorũ ipſius principis ſupremi, põtifex maxim⁹ ex vicaria authoritate habet abſolutã atque indeterminatã, quia vniuerſali prę̃ſidet eccleſiæ. propterea & oĩm ſuffragiorũ, quę in vniuerſali eccleſia fiũt pticipes facere eos poteſt, quos tãto beneficio idicat eſſe dignos, quippe qui oĩbus præeſt parique ratione prę̃latus quiſque eorum qui in ſua dioceſi, vel ſub ſua poteſtate conſiſtunt, prout ab eccleſia vniuerſali, & ſummo pontifice eſt ſibi permiſſum, ſicut & quilibet tẽporalis princeps vectigal a ſubditis accipit, vt militibus ſuis, aut alijs de republica benemeritis ſtipendia, premiaque, conferat. Supremus vero monarcha paſſim omnibus. ☞ Hanc vero pœnę remiſſionem ad debitam remiſſis culpis ſatiſfactionẽ apud deum, mortalibus proficere, premiſſa ratione fit perſpicuũ dũ & in fide eccleſiæ. apud quam ſumma eſt poteſtas, & in merito paſſionis Chriſti, qui lauit nos a peccatis noſtris i ſanguine ſuo talis remiſſio,

Oñditur i quo fũdãr iſtę indulgentiæ

q̃ ſit reqſita vt idulgẽtię effectũ hẽant.

ſeruato



ſeruato vtrinque ordine fiat a concedẽte quidẽ adhibita diſcretione a ſuſcipiente vero plena, perfectaque fide atque ſufficienti charitate. ☞ Sicut enĩ videmus incantationes (quę in demonis inuocatione fiũt) in his ſolis operari, qui fidẽ illis adhibẽt, ita & de diuinis beneficijs multo fortius eſt credendũ. Quãdo & ipſe ſaluator ſępenumero hoc eſt cõteſtat⁹, prę̃ſertim quũ Centurioni dixit. Sicut credidiſti, fiat tibi, & cœcos quũ interrogaſſet, an crederent ſe eos ſanare poſſe, illique ſe credere reſpõdiſſent, tunc dixit eis. Secundũ fidẽ veſtrã fiat vobis. Oportet igitur rectam, puramque fidẽ eum habere, qui gratiã petit, & inſuper omnia deo animã ſuã humiliare, neque tantum in remiſſione hac pene fidere, vt non poſt illam obtentam culpã defleat, & opera charitatis impleat. Sicut Magdalenã, & Petrũ feciſſe legimus, alioquin ex nimia cõfidentia, contẽptuque diſciplinę, & peruerſo charitatis officio, & nouam culpã contraheret, & prioris indulgentiæ beneficio (velut idignus) priuaretur. Sicut ille ſeruus nequam, qui poſt remiſſum ſibi debitum decẽ millium talentorũ, conſeruũ ſuum, qui decẽ denarios debebat in carcerem coegit, ſed qui nihil ad ſalutẽ alioquĩ neceſſariam contẽptim omittit, & in beneficio nihilominus indulgentię cõfiſus cõmunem vitam in ſpe agit. Is fructum indulgentię referre credendus eſt, quam ſeruato i reliqs ordie ab eo, cui dãda poteſtas erat obtinuit cõfidẽter ☞ Aeque ſi põtifex, nulla vel ñ cõdigna pſpecta cõfitentis cõtritiõe, penitudineque, vel abſque rationabili cauſa indeſcrete ſatiſfactionẽ, q̃ eſt peccati remiſſi temporalis (vt diximus) pœna relaxet, nõ dixerim, apud deũ hãc remiſſionẽ ex aſſe ratã eſſe, nõ quidẽ ex poteſtatis defectu, ſed ex circũſtãtiarũ, ad defectũ neceſſariarum occaſione

ſimilitudo

reqſita ad validitatẽ idulgẽtiarũ ex pte cõcedẽtis.

*exemplū familiare.*

riarum occaſione. ☞ Quid enim ſi is, cui a Cæſare ſumma poteſtas conceſſa eſt, enormiſſimum crimen abſque vlla cauſa male de Cæſare merito, maleve in rem publicam cogitanti, & nullo denique ordine ſeruato abolitionem concedat? Erit quidem rata abolitio apud inferiores magiſtratus omnes, ipſe vero Cæſar rei indignitate perſpecta, & vicarium ſuū leuitatis, temeritatisve, aut ambitionis arguet, & cum abſoluto rationem nihilominus, ex integro ponet, habitaque tum poteſtatis vicario conceſſæ, tum remiſſionis perperam factæ, tum vero & maxime meritorum criminoſi ratione (quod ęquum ſibi videbitur) decernet. Nam & ſi poteſtatem amplam eijciendorum demonum apoſtolis Chriſtus dediſſet, illum tamen eijcere nequiuerunt, qui non niſi in oratione & ieiunio pelli poterat. Curādum eſt igitur ei qui indulgentiam accipit, vt dignus ſit cui concedatur, vtique recta, piaque mente accipiat, & tunc certa fide credendū in virtute meritorum chriſti, & authoritate eccleſiæ miniſterio ſacerdotis iuxta conceſſam ſibi facultatem gratiam cōferri. ☞ Vis autem, vt & ex ſacra ſcriptura hāc concedendarum indulgentiarum poteſtatem ſacerdotibus competere probem apertius. Non mihi negabis merita ſanctorum (qui ſunt in eccleſia militante) cęteris fidelibus prodeſſe, quum dicat Propheta. Hieruſalē quæ ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Et alio loco apertius, Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. Quod & apoſtolus ad Romanos ſcribens oſtendit, dū dicit. Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debēt & in carnalibus miniſtrare eis. Et alio item loco, ad Corinthios ſcribens oſtendit fideles omnes Chriſti mēbra eſſe

*cōprobāř p̄dicta deducendo prīo quod merita ſanctorum q̄ ſūt ī ecclīa proſunt cęteris.*

ſimulque

ſimulque corpus vnum ſub ipſo capite chriſto conficere Et poſt hæc ſubdit, quod pro ſe inuicē membra ſunt ſolicita, & proinde vegetantur ſingula aliorum adminiculo ☞ Porro ſi oſtenderimus, in poteſtate prelatorū eſſe ne hęc ſanctorum merita, cęteris proſint, eijciendo ſcilicet male meritos per excōmunicationē, & ſeparādo mēbra vt putrida ab ecclię ipſi⁹ corpore facile probabim⁹ pari eū poteſtate benemerētes ſpeciali priuilegio eorumdem meritorum participes efficere. eadem enim menſura ligandi, & ſoluendi poteſtatem chriſtus dedit apoſtolis, idemque ad cōmunicandum bona quā mala proniores nos eſſe docuit. Ad probandā vero ſacerdotū ī priuādo poteſtatē hoc primū deducitur, q̄ ī lege ātiqua extra ſynagogā facere prīcipib⁹ ſacerdotū poteſtas erat. eos q̄ in legē cōmittebāt, & hoc quidem illud eſt, quod metaphorice loquēdo apoſtolis ſuis dixit ſaluator. Si habueritis (ī q̄t) fidē ſicut granū ſynapis, & dicatis huic arbori eradicare, & trāſplātare ī mare, p̄bit vobis. hęc ei, ſicut & cętera id gen⁹ allegorico in ſenſu ſūt accipiēda, q̄ñ id factū fuiſſe nunq̄ mēorię proditū eſt, allegoric⁹ aūt ſenſ⁹ ex alijs euāgelici text⁹ p̄tibus p̄ ſe patet quippe arborē pro hoīe vbique Chriſtus intellexit. p̄ſertim dū dixit, Omnis arbor, q̄ nō facit fructū bonum excidetur, & in ignem mittetur. Ex terra itaque arborē eradicare, & in mare tranſplantare, aliud nihil eſt quā ab eccleſia euellere, & inter fluctus ſeculi relinquere. Terra nāque ī qua arbor dum fructum facit radices habet, eccleſia eſt, velut ī parabola īfructuoſæ arboris Saluator ipſe manifeſte oſtendit, dum dixit. Vt quid terram occupat? Mare vero, quod mundanam hominum conuerſationem (quę eſt dyaboli ſynagoga) ſignificet. In pſalterio legitur.

*arguitur a maiori.*

dum dicitur

dum dicitur. Mare magnum & ſpacioſum, in quo repti=
lia, quorum non eſt numerus. Et grex ille porcorum, quē
Chriſtus in mare cōpulit, non aliud nobis expreſſit. Ne
que illud quod in mare proijciendum cenſuit. Eum qui
vnum ex puſillis ſcandaliſaſſet. Præter hæc autem infi=
nita ſunt huius excōmunicationis argumenta in ſacris
literis. Ex quibus illius quoque poteſtati in manu pręla
torum eccleſię eſſe, demonſtrantur, inter quæ, illud ſatis
eſt manifeſtum, atque vulgatum, quod in perſona Hye=
re. ad omnes eccleſię principes dixit deus. Ecce (inquit)
Ego conſtitui te ſuper gentes & ſuper regna, vt ædifices
& plantes, euellas & deſtruas &c. Euellere quippe, ab ec
cleſia abijcere eſt. Sicut ex alio eiuſdem prophetæ loco
fit perſpicuum dum dicit, Euellam eos de terra eorum.

Suadeſ ſi= militudie & exēplo ex ſacra ſcriptura.

☞ Quod ſi ſcripturæ non credis, Crede rationi & exem
plo quotidiano, nonne exercituum ducibus regia autho
ritate deſertorem, aut ignauum militem ordine mouere,
& militaribus priuare inſignijs, atque prærogatiuis ius
eſt? Volo tamen aliud ex ſacra ſcriptura exemplum po=

Paulus.

nere. Paulus eccleſiæ Corinthiorum ſcribens fornicariū
hominū ſathanæ ſua authoritate in virtute Chriſti tra=
di iuſſit. Ait enim congregatis vobis, quod ordinem reſ
picit, poſt ſequitur, & meo ſpiritu, in quo prælati autho=
ritas oſtenditur, deinde adijcit, cum virtute domini Ihe=
ſu quo omnia inde efficaciam ſumere conſtet. Et ſubin=
de ſequitur, tradere huiuſmodi hominem ſathanæ, &c.

Exemplū de chriſto.

☞ Quin & Chriſtus ipſe eum (qui eccleſiam audire cō=
temnit) haberi vult tanquam Ethnicum & publicanū,
quibus cum lex illa prohibebat cōmertiū, dicente ipſo
ſaluato. In viam gentiū ne abieritis Et ſamaritana mu=
lier dixit, Non enim coutuntur Iudęi ſamaritanis, vt au
tem oſtenderet



tem oſtenderet Chriſtus, quid hæc verba importarent.
Sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, continuo ſub=
iunxit. Quodcūque ligaueritis ſuper terrā, erit ligatum
& in cœlis, ac ſi manifeſte diceret, hoc eſt vinculū, quo
rebelles vobis alligantur, quia ab eccleſię corpore exſcin
duntur & ſathanæ vinculo remanent alligati.

Iterū aliđ

☞ Sicut
alibi idem ſaluator oſtēdit, dum mulierem, quæ infirmi
tatis ſpiritu vexabatur, curaſſet. Hanc (inquit) filiam
Abrahę quā alligauit ſathanas, non oportuit ſolui a vin=
culo iſto.

Ex Paulo

☞ Eoquoque pertinet quod apoſtol⁹ Tyto
præcipiens ſcribit hęreticum hominem, poſt primam &
ſecundam admonitionem incorrigibilem, eſſe vitandū,

Ex Ioāne

☞ Hoc nēpe eſt excludere hominē ab ea ſocietate, de
qua Ioannes apoſtolus ſcribit, in hęc verba. Et vos ſocie
tatem habeatis nobiſcum,

Iterum ex Paulo.

☞ Et ſocietas noſtra ſit cum
patre & filio & ſpirituſancto. Hi nimirum ſunt quibus
Paulus ad Corinth. ſcribens cōmiſceri fideles vetat, tan
quam qui foris ſunt.

Ex ꝑmiſſis infert ad concluſionem. Quod pōt plat⁹ cōicare hæc ſuffragia de gratia ſpeciali.

☞ Igitur vt Paulo ante diximus, ſi
excludere poteſt pręlatus ab hijs eccleſię ſuffragijs con=
tumaces & rebelles, poterit & fideles beneque meritos
ſpeciali iure participes facere. Et proinde, quamuis ex ꝓ
prio merito in meritis vniuerſalis eccleſiæ. Iuſti omnes
aliquam habeant participationem. Ex Chriſti tamen
eiuſque vicarij authoritate, multo, ſi illi cōceſſerint, poſ
ſunt ſinguli habere maiorem.

Suadeſ ex ēplo ſeu ſimilitudie.

☞ Veluti ſi multi vnius
domini ſerui ſocietatem alicuius negociationis cōtraxe
rint, habent quidem ipſi, ex iure ſocietatis permittente
domino partem lucri conuentam. Sed is ad quem tota
negociatio lucrumque omne pertinet, omnium ſcilicet
ſeruorum, dominus, vni eorū, quātam vult, conferre po=
teſt, tam et ſi, comparatio hęc temporalis lucri, ad ſpūale



in eo claudicet,

in eo claudicet, quod in illo quantum vni datur, tantum
dē minuitur alteri. In hoc vero abſque diminutionē vl-
la fit communicatio. Sed ſatis eſt nobis ex hac compara
tione oſtendere in poteſtate ſuperioris eſſe portionē ma
iorem alterutri facere. ☞ Crede itaque Valdenſis præla
torum, & præſertim ſummi omnium pōtificis poteſtate
concedi tibi plurimū alieni meriti poſſe quod ad remiſ-
ſionē pœne pro peccatis tuis debite conferat. Neque in-
quirendi (quo pacto id fiat) curam maiorem aſſume quū
videas omnes ſanctos, doctoſque viros huic ſententiæ
aſtipulari. Præſertim quum in hoc culpam contrahere
poſſis nullam, ſi id credas quod vniuerſalis eccleſia tenet
Parumque diſpendij tibi erit, ex tuis facultatibus aliq̄d
conferre, in pium opus, ſi hac conditione has indulgenti
as pontifex conceſſerit. Quando ſi ita ſe habet, vt eccle-
ſia credit, vti certe verum eſt, theſaurum tibi comparas,
nulla re humana eſtimandum, tutiorem itaque & vtilio
rem partem tene. Nam & ſi, quod de tuo errogas, ad
hanc rē nihil proficiat, non pōt tamen quod dei amore
fit, irremuneratum eſſe, quum ipſe dixerit, qui vel calicē
aque frigide in nomine meo dederit, non perdet merce-
dem ſuam. Contra vero, ſi non credis, periculum æterne
damnationis incurris. Ex quo ab eccleſiæ fide diſſen-
tis, & omnino temeritatis crimine carere nō potes quod
tuam vel viliſſime ſortis, & nullius doctrinæ, aut appa-
rentis virtutis hominum opinionem totius orbis chri-
ſtiani eccleſiæ præferendam cenſes, in eaque obſtinaris
quorum iudicio, vt ſtares, ſicut iam frequenter dictum
eſt, vel dignitas, vel authoritas, vel doctrina, vel ſigna,
vel exempla, vel ipſa humana ratio inducere te procul-
dubio debuerūt, Qua potiſſimum ratione neque pro de-

Oſtendit̄ euidēti ratione tutiꝰ eſſe tenere opinionē eccleſiæ





functorum animabus has eccleſiæ indulgentias neglige
quas ſuffragari illis non minus ęſtimandum eſt, quam
cætera pietatis opera quæ conſtat conferre plurimum
Neque tam modicum eſſe poteſt, quin & tibi, & illis ma
ximo cedat emolumēto, quū nihil eiuſmodi parū iudica
ri poſſit, qđ ſpūi ꝓdeſt qn̄ minimū aīæ detrimentū vni
uerſi orbis lucro ſaluator ipē iudicauerit nō poſſe cōferri

## ☞ ALIVS ERROR DE PVR-GATORIO.

VERVM QVIA ET IN
hoc articulo, ab eccleſię catholicę cre
dulitate Valdēſium barbę aberrant
maxime, omnique conatu ſequaces
ſuos a veritate fidei ſtudent auertere
Immorari parumper hic nos oportet
Aiunt enim defunctorū animas nul
la purgatione exanimatas, ad æterna
vel gaudia, vel ſupplicia, quū corporibꝰ exeunt cōfeſtim
recipi, eccleſiaſticoſque viros cupiditate excecatos aīarū
purgatoriū cōfixiſſe. ☞ Qua ipietate q̄d pōt eſſe dāna-
biliꝰ? Quippe ſi ad viſitād[illegible]s redimēdoſque captiuos &
legis diuię p̄cepto, & hūana charitate cōpellimur. Quā
uis & ipī ſibi aliqua rōne opē ferre poſſint. Et oīno par-
ui tēporis patiētia miſeriā captiuitatis tollerare. Quāto
magis ſubuenire illis obligamur, quos diris acerbiſſimiſ
que tormētis excruciatos, nō niſi aliena ope adiuuari poſ
ſe credimꝰ. His p̄ſerti, a q̄bꝰ, vel vitā, vel doctrinā vel
diſciplinā, vel fortunas accepimꝰ. Et quos alioqui in eo
ſtatu eē credimꝰ, vt cōſumato purgatiōis tēpore, ex illis
tormētis, ad cœleſtē ſint gloriā cōſēſuri. Ibique cū ſc̄tis
angelis, & electis oībꝰ ſūma cū fœlicitate oipotēti deo

Oſtendit̄ impietas erroris.

fruituri. quos quũ in perfecta ſint charitate, iugiter mã=
ſuri haud dubium eſt, quin noſtrorum beneficiorum ſuf
fragiorumque memores (ne ingrati videantur) parem
nobis vicem rependant, tantoque facilius maiora, meli
oraque pro nobis impetrent, quanto maiorem apud deũ
ipſum gradũ, atque authoritatem obtinebũt, quam mor
talium quiſque, in hac pręſenti vita conſequi cõmuni le
ge poſſit.

de veritate purgatorij ſe remittit ad aliũ tractatum

☞ Neque vero in hoc laborãdũ nobis eſt hoc
loco, vt purgatorij veritatem oſtendamus. Quandoqui
dem in eo libello, quem de diuina prouidentia inſcripſi
mus veritatem hanc, tam apertis rationibus, & ſacrę ſcri
pturę teſtimonijs approbauerimus, vt neque amplius
de hac re ambigi poſſit, neque nos afferre aliquid vltra
valeamus. Liberum igitur erit, aut pręſenti tractatui
articulum illum inſerere, aut ibi (quum opus fuerit) in=
ſpicere, aut denique (cui ocium, atque ĩgeniũ ſuppetet)
meliora, atque efficatiora argumẽta conquirere.

Oñditur valdeñ. in hoc errare iexcuſabi= liter ꝙ ĩ re dubia ſecu riorẽ oppi nionẽ non ſequantur.

☞ Tã
& ſi hac vna ratione errorem hunc illis ipſis Valdenſi/
bus diſſuadere in promptu ſit. Siquidem qui illum def=
fendunt, haud abſolute negant eſſe purgatorium poſſe.
Sed ſe duas tantum vias ex ſacris ſcripturis poſt pręſen/
tis vitæ exitum didiciſſe dicunt. Neque de hac tertia ſa
tis ſibi conſtare, propterea nobis probationem huius no
ſtrę aſſertionis incũbere, quod & ſi apertiſſime, & a prio
ribus ſacris theologis, & a nobis enarratum arbitremur.
Concedamus & hanc rẽ in ambiguo eſſe, nonne, vt pau
loante in calce pręſentis articuli dicebamus, multo hu/
manius eſt, & pręſtabilius, ſecuriorem hãc viam ample
cti, ex qua nihil omnino euenire poſſit mali etiã ſi pro/
ficiat nihil ex ipſa mentis pietate premium aliquod ex=
pectare a deo poſſumus, ſicuti qui elemoſinã facit, ei quẽ





& bonum putat, & pauperem quum ſit & diues, & ma/
lus. Si enim Chriſto credimus non perdet hic merce/
dem ſuam. igitur obſtinate ĩ hac ambiguitate ſi verum
ſit quod tui Barbę aſſeuerant, nihil perdis, immo
etiam deum tibi propicias. Sin vera eſt ſacroſanctę Ro
manæ eccleſiæ in hoc articulo fides atque oppinio non
modo ſi non facis, maximum premium ammittis. Ve=
rum cum ſumma ingratitudine ſummã committis im=
pietatem (vtpote) qui cum exigua re inextimabile be/
neficium proximis tuis cõferre facilime poſſis illud, aut
deneges. aut negligas, aut quod inficiari non potes, in re
ambigua tanti momenti beneficium, quod tam paruo ti
bi conſtat nollis exponere.

Suadetur rõne morali, & exemplo familiari.

☞ Quis enim non eum cru
delem eſtimaret, qui parenti, vel amico ægrotanti ea ra/
tione medicorum, & medicaminum opẽ negaret, quod
an profutura ſint, non habeat compertum, immo vero ni
ſi deſperãtibus etiam de vita medicis vſque ad extremũ
vitę exitum remedia quecũque poſſumus, adhibeamus
inhumanitatis notã nõ effugimus.

remouet excuſatio hęreticorũ

☞ Quod ſi ſacerdo
tum auariciam execraris. & tuam pecuniam ſacerdoti=
bus peccati fomentum fore ſuſpicaris. Noli ex hac cau
ſa officium pietatis pręter mittere, ſed in pauperum ali/
moniam, alioſve pios vſus elemoſynam tuam conuerte,
aut ſacerdotem require, qui ab hac ſuſpitione ſit immu=
nis (vtpote) qui pecuniam non attingat, neque enim dũ
ea parrochiano tuo, quæ pręſtare te omnino oportet per
ſolueris, a te exigimus, vt plus aliquid largiaris, tantum
vt defũctorum, pręſertim propinquorũ & de te optime
meritorum neceſſitati ſuccurras. Et ſi vel facultas deſit
vel grauate erroges. Quid? quod vel oratione, vel pere=
grinatione, aut ieiunio, ſola animi obſtinatione, & fatua

Tollitur alia & oſtẽditur non poſſe hæc ſuffragia amicis nõ conferre

credulitate opem illi negas tuam. ☞ At dices,& ſi pur=
gatorium eſſe fatear,an eo parẽtes,& propinqui mei,vel
amici peruenerint compertum nõ habeo,tum ego, eſto
nullum horum his tuis ſuffragijs indigere. Nonne qui
eo in loco purgantur fratres tui ſunt? ſicut Saluator ipſe
teſtatur,immo & in eccleſiæ vnitate vnum & ipſi cum
ſanctis reliquis nobiſcum corpus chriſti efficiunt. Hæc
eſt enim ſanctorum communio quam cum ſacta, catho
licaque eccleſia in ſymbolo apoſtolorum credere debe/
mus. Tua igitur ſuffragia in commune ſi contuleris
non amittis operepreciũ. ☞ Quod ſi in alienigenas
piget hac pietate vti,cogita tuos vel parentes, vel propi
quos non in viam perditionis abijſſe, ſi in morte ſigna
pœnitẽtię oſtẽderũt, alioquin temere de illis quod chri
ſtus vetuit,iudicas,ad cœlorum autem gloriam eos e ve
ſtigio conſcendiſſe,ſi de purgatorio, & de ſatiſfactione
poſt mortem faciẽda noſtris aſſertionibus ſacroque ſan
ctę eccleſiæ difinitioni credis haud facile tibi perſuade=
bis. Quis enim tam ſanctam,tamque religioſam vitam
inter mortales agit,vt vel nihil offendat, vel errata vi/
uens pro modo culpæ dilluat,proque reatu creatori faci
at ſatis. Et profecto inuentes ex tuis fortaſſe neminem
de quo id ratione probabili compertum eſſe debeat.

Oñditur eſtimari debere de oĩbus q̃ in fide moriũtur quod ad purga/torium deſcendunt.

☞ In re igitur,vel certa,vel dubia, officium humanita=
tis præſta. Nam & ſi ille,cui officium præſtare cupis,in
patria regnat,nihilque illi tua ſuffragia conferant, ora=
tio in ſinu tuo conuertetur,tuã tamen charitatẽ habebit
acceptam,Sicuti magnus princeps quum a paupere mu
nuſculum illi hylari vultu,magnoque affectu offertur.

Oñditur ſuffragiũ quod pro defũctis p̃ſtatur non poſſe fru/ctucarere.

ALII ERRORES



## ¶ ALII ERRORES VALDENSIVM CIRCA SANCTOS.

PORRO ET HOC Valdẽſis non admittit,vt qui cum Chriſto re
gnant in patria, quæ in hoc ſæculo
mortales faciant intelligere poſſint
vtique de his curam vllam gerant,
aut a deo impetrare quicquam pro
nobis poſſint. Et proinde inanes eſ=
ſe ad Chriſti matrem,cæteroſque ſanctos preces noſtras
ſuperſticioſamque eſſe illorum adorationem,& feriatos
dies quos in eorum memoriam colimus,cæteraſque ho/
norum cerimonias(quas illis impendimus). Et hæc om
nia a ſacerdotibus pari(qua purgatoriũ cupiditate) fuiſ=
ſe adinuenta. Multo vero magis imagines deteſtãtur,&
crucis ſignum(quod nos adoramus) hanc ydolatrię ſpe
ciem reputantes,quaſi nos imagines Chriſti, & ſancto=
rum,velut pagani deorum ſuorum ſimulachra colamus
Qui ſane errores tametſi coniunctam cauſam habeant,
quia tamen diuerſis,& imittuntur,& refelluntur funda=
mentis particulatim ſingulos explicare erit (ni fallor)
operepreciũ. ☞ Et primũ quidem beatos ſpiritus in pa=
tria tanta felicitatis illius,& diuinæ contemplationis a=
mœnitate captos putãt, vt de mũdanis rebꝰ nullã oĩno
mẽoriã, curãq; habeãt & ĩ ſup ſũma rõne prudẽtiaque
inferiora oĩa,ab oĩpotenti deo regi,atque diſponi, illiuſ
que iudicia imutabilia eſſe cognoſcẽtes ſua ipſi ſorte cõ
tenti,in reliquis voluntati eius abſque vlla ſolicitudine
acquieſcunt,in eiuſque laudem, & gloriam gratiarum
que pro collatis ſibiipſis beneficijs actionem omne

Error quo valdẽ. aſſerũt ſctõs q̃ ſunt in p̃ria ea q̃ ĩ hoc ſeculo fiunt ignorare.

 eorum verſatur

eorum verſatur ſtudiũ. Sicut in Apocalipſi tropis plu=
rimis oſtẽditur. Et in pſalmo legitur. Beati qui habitãt
in domo tua dñe in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Et
in ſapientia. Laudabo nomen tuum aſſidue, quaſi vero, ſi
hanc de rebus humanis ſolicitudinem gererent, eorum
aliqua ex parte detractum eſſet beatitudini, quum ſint
turbulentiſſime. Et dum noſtram calamitatem deprecæ=
rentur, atque cõmiſerarentur, non poſſent, ſi nos dilige=
rent, noſtram vicem non dolere quod ab illa beatitudine
abhorret pœnitus, vbi neque luctus, neque dolor eſſe po
teſt, ſed iucunda feſtiuaque omnia. ☞ Verũtamen hæc
eorum argumenta, tam facile ſolui poſſunt, & in eos re/
torqueri, vt in his haud diutius immorãdum cenſeamus
Quippe eos, qui in ſtatu gratiæ conſtituti ſunt. Ea (quæ
in terris fiunt) in diuinæ maieſtatis ſpeculo, quatenus ip
ſa diuina bonitas permittit intelligere, & ratione oſten=
ditur & probatur authoritate. ☞ Equidem maiorẽ eſſe
hoĩbus ad hoĩes, quam angelis ad homines coniunctio=
nemque carnalẽ nemo negabit, neque pariter angelis,
quã humanis ſpiritibus cõmuni leges, multo ad deum
intentiorem eſſe mentis directionem. Si igitur angelos
throno dei aſſiſtentes humana ſcire atque intelligere &
curare credimus. Quo pacto hoc hominibus negatum
arbitrabimur. ☞ Porro vt antecedẽtẽ ꝓpoſitionẽ ꝓbe=
Attende quid ſaluator in euangelio dixerit. Videte (in=
quit) ne contemnatis vnum ex minimis iſtis. Quia an=
geli eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cœ=
lis eſt. ☞ Duo nempe dicit Et quod hi angelos habent,
& quod aſſiduæ angeli ipſi faciem dei contemplantur.
Qua vero ratione angelos noſtros dicere poſſumus niſi
quod curam noſtræ ſalutis gerunt. Sicuti thobiæ hyſto=
ria nobis

Rationes & authori tates in op poſitum.

Prima ra/ tiões a ma iori arguẽ do ab ange lis.

Probat̃ an geloshabe re curã & noticiã re= rũ huma= narum.

Ex euãge lio.



ria nobis inſinuat. ☞ Et ad hebreos ſcribẽs Apoſtolus
dicit, quod omnes angeli, adminiſtratorij ſunt ſpiritus,
In miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem ca/
piunt ſalutis, de qua re in ſacra ſcriptura teſtimonia fre=
quentiſſima ſunt, & exempla. Sed illud eſt maniſeſtiſſi
mum, quod ore ſuo Chriſtum protuliſſe euangelica te=
ſtatur hyſtoria. ☞ Gaudium eſt (inquit) angelis dei ſu
per vno peccatore pœnitentiam agente. Adde etiam
quod idem ipſe dixit in ea parabola, quam de ſeruo ne=
quam deſeruit. Cui, quum dominus decem millium ta=
lentorum debitum remiſiſſet, conſeruum decem denari
os non ſoluentem. In carceram detrudendum curauit.
Videntes (inquit) conſerui eius quæ fiebant nunciaue=
runt domino. ☞ Qui igitur ſunt conſerui illi, qui facta
noſtra videntes deo renunciant, niſi angeli eius. Nonne
& Raphael orationes Thobię, & vxoris eius, ad dei cõ=
ſpectum detuliſſe ſe teſtatur? ☞ Age dum (vt etiam hu
manis ſpiritibus, In alio ſæculo noſtra opera innoteſce/
re intelligas) animaduerte in epulonis, & lazari parabo
la, quid dixit Chriſtus. Nonne diuitem introduxit pri=
mum ad Abraam loquentem? & refrigerium per laza=
rum poſtulantem, ipſumque patriarcham ea ratione de=
negantem, quod ille in omni vita ſua bona terrena poſ/
ſediſſet. Lazarus vero mala, Quibus ex verbis, aperte de
prehendis, ſciuiſſe Abraam qualis vtriuſque vita fuiſſet
Quos tamen non ambigitur multis poſt ipſius Abraæ
mortem ſæculis in humanis egiſſe, hoc enim ex ſequen
tibus, fit perſpicuum dum dixit. Moyſen habent & ꝓ=
phẽtas. Quem ſane Moyſen longo poſt Abraam inter=
uallo fuiſſe ſacra hyſtoria facit manifeſtum. ☞ Ex ea/
dem quoque parabola perſpici facile poteſt eos (qui per=
fecta charitate

Ex Paulo

Rurſus ex euãgelio.

Ex Thobia.

Secundo ex euãge= lio probat̃ de beatis.

Probatur quod beati

in prima orant pro viuentib⁹

fecta charitate ſunt coniuncti de proximorũ ſalute eſſe ſolicitos. Quãdo & impius ille diues fratrum conuerſionem deſideraſſe perhibetur. Nonne & propheta dicit, Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore oportuno. Ad hæc nemo negabit eos, qui ſunt viatores, ꝓ alijs deum orare, & aliorum ad eum ſuffragia procurare, quãdo id diuina lege præcipitur. Eademque ipſa ſuffragia, iuſtorum præſertim, apud ſe valere in plurimum in plerique ſacræ ſcripturæ partib⁹ ipſe proteſtatur. Quod vt alia omittam, Iacobus in epiſtola apertiſſime expreſſit. Multum (inquit) valet deprecatio iuſti aſſidua, Et q̃ ibi ſequuntur. Quanto igitur magis eorum nobis orationes profuturas ſperare debem⁹, qui deo ſunt omni ex parte accepti, atque coniuncti? Accipe in re pari exemplũ valde familiare. Siquid alieno fauore, quũ tuo non poſſis, a principe tuo impetrare deſideras, quorum potius interceſſione id obtineri ſperabis? eorum, qui lateri eius aſſident, vel apud eum ſumma familiaritate gratia, authoritatique valent. An qui cum e longinquo tantum vident, quibuſque frequenter iraſcitur. ☞ Accipe, & apertius teſtimonium a reuelatione Ioannis, qui phialas odoramentorum plenas, & fumum incenſorum angelo conteſtante, interpretatur orationes eſſe ſanctorum. Porro pro ſe orare credendi non ſunt, qui eum fœlicitatis gradum ſunt aſſecuti, quo maiorem, neque ſperare, neque deſiderare, illis fas eſt. Sunt præter hæc & alia id genus in hanc rem prope infinita. Non ergo ſatis eſt nobis Chriſti apud patrem interpellatio, quæ, vt Apoſtolus ait, eſt aſſidua, abſit. ☞ Verum & deus, & Chriſtus ipſe

Cõfirmaẽ authoritate apocali.

Rñdetur





ſtus ipſe hoc nobis præcipit, vt aliorũ quoque ſuffragia imploremus. Sicut exemplis, atque authoritatibus, alijs plurimis fit perſpicuum. Sed illud eſt teſtatiſſimũ, quod ex hyſtoria Cananeæ mulieris licet excerpere. Hæc enim, quum tam fidelis fuerit, vt de illa ſaluator dixerit O mulier magna eſt fides tua. Dubitare non potuit, quin Chriſtus & fidem, & deuotionem ſuam agnoſceret, nulliuſque interpellatione ad ea (quæ facturus erat) indigeret. Verumtamen ab Apoſtolis illam ſuffragium poſtulare voluit quo & fides eius, atque conſtantia. Et inſuper humilitas fieret perſpectior, & ſanctorum præces apud ſe valere. Et proinde implorari, a nobis debere, argumento manifeſto teſtatum relinqueret. Neque enim alia ratione id ita inſtituiſſe intelligi poteſt, niſi vt eo pacto per creaturarum ſuarum miniſteria, & earum merita augeantur, & ſua ipſius, ſumma ſapientia prouidentiaque maiorem in modum eluceſcat. ☞ Quid enim angelorũ miniſterio, ad noſtras orationes perferendas illi opus eſt? aut ipſius etiam Chriſti interpellatione, quum ſit ipſe noſtrarum ſcrutator mentium, noueritque omnia priuſquam fiant, aut quid ſanctos homines pro peccatoribus orare voluit? & eorum ſuffragia peccatores ipſos implorare? quum ex noſtro, non aliorum merito ſuam ipſe nobis gratiam largiatur, ab æternoque præordinauerit? quid ſit de nobis facturus, niſi quod ordinem hunc in creaturis conſtituit, vt ſingularum ad reliquas, & omnium ſimul, ad ſe vnum relatione, atque viciſcitudine quadam perfectiſſimus ſit ordo. Rerumque omniũ mirabilis concentus

argumẽtationib⁹ in cõtrariũ adductis.

Quare de⁹ vult nos vti ſuffragio ſanctorum & angelorũ ipſeque eorũ miniſterio vtitur

lis concentus. Propterea & in cœlo, & in terra angelos ſibi miniſtros deſignauit, tam & ſi abſque controuerſia facere poſſit omnia ſolus. Longe illis perfectius, expeditiuſque, qua ratione, & quum quadraginta diebus totidemque noctibus ieiunaſſet, eſurientemque dyabolus tentaſſet, & ab eo repulſus abſceſſiſſet, acceſſerunt ad eũ angeli, & miniſtrabant illi. Ei ſcilicet qui dat eſcam omni carni, & qui eſt angelorum, atque hominum eſca ſalutaris in extremo quoque iudicio (ſi illi ipſi credim⁹) exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum Ad quid queſo vt eos ab inuicem diſcernat, vel ne lata ſententia in illius executione laboret, qui nutu ſolo cuncta diſponit, ſtatimque quum verbum protulit facta ſunt quecunque fieri voluit. Neutique igitur angelorum minuſque hominum miniſterio indiget, qui ſibi ipſi creaturiſque omnibus ipſe eſt ſatis. Verum ad ipſarum creaturarum rationalium meritum, & ad ſuam ipſius (vt diximus) gloriam manifeſtandam ab his rationalibus creaturis celebrari, honorari, adorari, rogarique delectatur, per eaſque ſua iudicia exequi, cæteraque miniſteria exerceri. ☞ Quam ob cauſam inter angelos vti ordines, ita & officia, miniſteriaque diſtinxit, hoc pacto, regnum illud celeſte maxima concinitate perfectũ eſſe arbitratus. Ad cuius exemplum regnum quoque iſtud militantis eccleſiæ ordinauit. Hoc enim illud eſt exemplar quod Moyſi Deus in monte monſtrauit de quo ad eum in exodo dixit. Inſpice, & fac ſecundũ exemplar quod tibi in monte monſtratũ eſt. Sicut & apoſtolus ad hebręos ſcribens, nobis interpretatur, Hæc inſuper eccleſia militans illa eſt Hieruſalem, quę ſupernę ciuitati (eodem Apoſtolo teſte) ita eſt coniuncta, vt

Oſtendit eccleſiam militantẽ adtriumphãtis exẽplum eſſe inſtitutã.





illius ordinem, quoad poteſt imitari contendat. Et de qua propheta dicit. Hieruſalem quæ ędificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Nec mirum quidem, quemadmodum enim in cœlo principatur per cõmunicationem glorię in omnes ſanctos per Chriſtum æternus deus, ſic & in huius ſęculi eccleſia per communicationem gratię, Cuiuſquidem eccleſiæ caput, paſtor dux, rex, & ſacerdos eſt in ęternum & rurſus, quemadmodum in illo regno beatitudinis angelorum, cęterorumque beatorũ ſpirituũ ordo eſt ab eo ipſo factore omniũ mira pulchritudine, ineffabilique ſapientia diſtinctus, ita & in pręſenti eccleſia, alios prophetas, alios apoſtolos quoſdam doctores, nõnullos alijs officijs, virtutibuſque a cæteris diſcretos, ad totius corporis ſui, quæ eſt eccleſia directionem deſignauit, ita vt a ſe qui pricipium eſt, omnium, ad infimam quamque creaturam ſerie quadam inuicem ſingula, & ſimul omnia ſubordinauerit. ☞ Veluti & huius ſęculi principes (præſertim qui imperium, rẽque publicam optime adminiſtrant) ſingulis officijs, miniſtros gradatim deputant, illiſque præpoſitos, & prępoſitis rurſum multorum officiorum maiores alios, & illis alios, donec per ſingulos, ad ſeipſũ tãdẽ authoritas ſũma deuoluatur. Et licet per ſeſe facere pluria haud grauate poſſet, multiſque miniſtris carere (quos magno ſumptu alit) & a quibus varias nonnunquam patitur moleſtias, ad regij tamen culminis maieſtatẽ pertinere exiſtimat talibus abũdare, quorum ex diuerſitate, atque ordine ſũma eius tum potentia, tum ſapientia fit ſpectatior, Sicut de Salomone regina illa Auſtri iudicauit. Parique modo in re militari, decuriones, centuriones, tribunos, chiliarchos, equitũ perfectos, & ſucceſſiuo ordine reliquos

Suadetnr exemplo familiari.

eſſe oportet, donec ad ſummum exercitus ducem imperij ſumma deferatur, Tanto etenim regis gloria fit perſpectior, atque illuſtrior, quanto plures illi miniſtri obſequuntur maiore dignitate ſuffulti. Quid enim ſi infinitum gregariorum militum, aut pannoſorũ ſeruorũ numerum dumtaxat in regia aula cerneres, num illum glorioſum regem eſtimares? an non potius multitudinem illam abiectiſſimorum hominem ſimul cum Rege ipſo contemneres. Et lationũ, vel collectitiorum hominum contubernium non regnum indicares. Sed quũ introeunti tibi Regis atrium inter magnam miniſtrorum turbam, alij, atque alij occurrunt viri honorati, & ex foribus in atrium ex atrio rurſum, in aulam ex aula, in triclinium ex triclinio. in cubiculum procedenti, vbique viros magnificos, atque illuſtres multis quoque famulis ſcipatos offendis. Et poſtremo regem ipſum alijs principibus longe his pręſtantioribus, & ſublimioribus circumſeptum tunc profecto regium faſtum admiraris Illiuſque gloriam, & excellentiam aperto ore prędicas & extollis, multoque magis ſi regiam vrbem perambulans, regnumque longe, lateque patens peragrãs, & exercitus, militareſque copias obequitans, vbique pro locorum qualitate viros inſignes conſpicis, vice regia multitudini iperãtes, & ſub his alios atque alios ſeriati varia officia exercentes. Ita medius fidius cœlorũ regnũ conſtituiſſe deum credendum eſt, ſiue illam ſupremam beatorum patriam, ſiue præſentem eccleſiam, intelligas. Vtrum enim eque ſignificat, neque fabulam arbitrari debemus, quod Chriſtus ipſe in parabolis regnum dei terreno regno aſſimilauit, quum dixit. Simile eſt regnũ cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo, vel qui

voluit rationem



voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis, & quum aduerſus alium regem pugnaturus proceſſit.

## ¶ ALIVS ERRORIS HVIVS ARTICVLVS QVO SANCTOS COLI VETANT.

QVO MAGIS HORVM Valdenſium demiror ſtulticiam (ne dicam amentiam) qui ſacerdotum dignitati, atque authoritati aduerſari nõ ſatis ad inſaniã ſuã exſaciãdã putant, quin ſanctos electos dei, immo & ipſam Chriſti genitricem honorandos negant, illiſque cerimoniarum cultum prohibent exhiberi, hoc pacto diuinæ maieſtati derogatum iri reputantes, quod ipſe dixit, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quod & Apoſtolus confirmat dicẽs. Soli deo honor, & gloria, ☞ Quaſi vero nos illis eoſdem quos deo ipſi impendamus honores, & non potius, vti ipſe per ora Prophetarum, & per ſeſe præcepit eum in ſanctis ſuis laudemus, veneremur, & admiremur, ſicut ſcriptum eſt. Laudate dominum in ſanctis eius. Et apoſtolus dicit, Quum venerit Chriſtus glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in oibus qui crediderũt, eo etiã ſpectat quod in ſapiẽtia legitur, memoria

Oñditur ſãctos dei ꝑcepto, & ad ei⁹ gloriam honorari authoritate veteris, & noui teſtamẽti.

iuſti cum

iuſti cũ laudibus. Et iterũ quã pulchra eſt caſta genera=
tio,cum claritate. Immortalis enim eſt memoria illius,
quum & apud deum nota eſt,& apud homines. Et idem
ipſe Salomon in eccleſiaſtico omnium ſanctorum pa/
trum memoriam retexens, ſic exorditur. Laudemus vi=
ros glorioſos & parentes noſtros in generatione ſua. Et
quæ ibi ſequuntur,a capite quadrageſimo quarto vſque
ad quinquageſimũ. In q̃bus ſingulorũ egregia facta, &
immẽſam dei in illis gloriã cõmemorãs. Eos omni lau=
de & honore dignos iudicat,& nomina eorũ æterna me=
moria conſecrata,a cunctis mortalibus honoranda pro=
nunciat, Et ne minore gloria & honore noui teſtamenti
proceres dignos putes,attende quanta viuens Chriſtus
diſcipulos ſuos dignitate ſublimauit,q̃ eos filios,fratres,
amicos,regnique conſortes,freq̃ter appellauit. Immo
& ſe cum eis,& eos ſecum,vnum eſſe corpus declarauit.
eoſque quum ad orbem iudicandum venerit,ſibi aſſeſſu
ros ſecũque iudicaturos prædixit, Quod ne ad ipſos dũ/
taxat apoſtolos hoc pertinere putes. Vide quid de reliq̃s
electis dicat apoſtolus ad Corinth. ſcribẽs. An neſcitis,
quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et rurſus.
Neſcitis quoniã angelos iudicabimus. In ſapientia quo
que legitur. Iudicabũt ſancti nationes, & dominabũtur
populis. De qua re per os prophete teſtificatur ſpiritu ſã
ctus dicens. Cantate domino canticum nouum, laus eiꝰ
in eccleſia ſanctorum. Et infra. Exultabũt ſancti in glo
ria, letabũtur in cubilibus ſuis. Exultationes dei in fau/
cibus eorum,& gladij ancipites in manibus eorum. Ad
faciendam vindictã in nationibus,increpationes in po/
pulis. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & no
biles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudiciũ
conſcriptum



conſcriptũ gloria hæc eſt omnibꝰ ſanctis eius. ☞ Ama — Perſuade tur ratiõe naturali.
bo te,ſi de capitali crimine corã principe cauſam dictu=
rus eſſes. Num eos,qui eius lateri aſtituri ſunt, & ſuffra=
gium de capite tuo laturi propiciare tibi toto conatu ſtu=
deres,& coram illis ſupinus procumberes,opemque illo
rum lachrimabundus implorares. Qua igitur impuden=
tia hos inhonorandos cenſes, qui pręterquam, quod dei
hęredes,& cohęredes Chriſti facti ſunt. Non de tuis for
tunis,vel de tuo ſtatu,aut capite,ſed de tua ſalute vel dã=
natione perpetua iudicium ſunt laturi, Age vero princi
pes huius ſæculi honorandi ne ſunt,an contemnendi,
☞ Dices profecto niſi & apoſtolicam doctrinam repre — Cõfirma/ tur ratiõe ſumpta ex authorita te veteris teſtamen ti.
hendas,ſummo eos in honore habendos eſſe, quando &
adorandos illos ſcriptura tradiderunt. Et ne ipſos qui=
dem reges tantum,ſed benefactores quique apud re/
ges, ſummam obtinent authoritatem. Quo nomine Io=
ſeph,a patre,& matre,fratribuſque adorãdum ſe per ſom
nium deo demonſtrante pręuidit. Sed & Cornelius cen
turio Petrum adoraſſe legitur. Mortales igitur homines
etiam improbos,deo iubente diuinis prope honoribꝰ cu=
mulabimus,& in eorum honorem dies complures feria
bimus. Eo quod nobis vel principes fuere conſtituti,vel
de republica in his,quæ terrena ſunt,& caduca,beneme=
riti. Eos vero,quos dominus teſte propheta, ſuper omnẽ
terram principes conſtituit,quoſque in reges & prophe=
tas,ac ſacerdotes,ſicut apoſtolus affirmat,iunxit. Et qui
denique viam vitæ,ſalutiſque nobis præbuerunt, nullo
honore proſequemur,quin eorum memoriam,quæ his
maxime cerimonijs cõſecratur,perire labique patiemur
Ad quos Chriſtus ipſe dixit. Qui vos ſpernit,me ſpernit
☞ Porro ſupra ſcripte authoritates a nobis adducte,q̃= — Reſpondẽ do obie=
bus viuentes

ctioni detegit error & ignorātia Valdenſiū in hoc articulo.

Addēda eſt yperdulia q̃ debetur igenij aut ſuppremę creaturæ ſecū dū Sco.ix.di. .iii.ſententiarum.

Oſtendit erroris impietas reſpectu marię matris Chriſti

Cōuincit error ex facto gētiliū

bus viuentes etiam homines adorari poſſe comprobatur, quam obtuſum habeant Valdēſes in ſacris ſcripturis interpretandis ingeniū, inſanumque iudicium, aperte oſtēdunt. ☞ Quippe, qui inter adorationem latrie quæ deo, & dulie, quæ ſanctis debetur, non diſtingunt, neque animaduertunt, De priori intelligi oportere quotiens ſcriptum inuenitur ſolum deum adorari colique debere. Tale enim hoc eſt quale & illud, quod ſaluator ipſe dixit. Patrem nolite vocare ſuper terram. Vnus eſt enim pater veſter, qui eſt in cœlis. Quippe niſi de illa paternitate creationis redemptionis, & beneficentiæ intelligas, de qua apoſtolus dixit. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra, valde Paulus & Ioannes cæterique apoſtoli errauerunt, qui ſe eorum, quos fide in chriſto genuerant, patres appellauerunt. ☞ Plane ſi in reliq̃s tollerabilis hic error foret. Quis in dei genitrice abſque indignatione maxima hanc blaſphemiam audire poſſit, vt nō illi, ob filij dignitatem cultum ſacris cerimonijs exhiberi permittant, quam chori omnes angelici, velut dei parētem ſumma in veneratione habere. Et vniuerſa credit eccleſia. Et ratio omnis credere nos compellit, quam enim Chriſtus ipſe omnium hominum longe perfectiſſimus ſapientiſſimuſque, & verus præterea deus inter mortales agens ſummo in honore habuit, Cuique vti parenti, (euangeliſta teſte) ſubditus, obſequenſque fuit, & quam Gabriel angelus gratia plenam, & inter mulieres, prius etiam quam deum conciperet, benedictam ex dei verbo teſtatus eſt, coli homines prohibebat. ☞ Multo certe erga ſuos benefactores gratiores fuere ethnici illi, quos gentiles appellamus. Quippe qui inſignibus quibuſdam viris atque mulieribus, ob traditum ſegetum vinearum, militiæ, literarum cæterarumque artium vſum

vel beneficium



Oſtendit hāc hæreſim repugnare oī morali rōni & publicę vtilitati ex rōne inſtitutionis feſtorū

vel beneficiū aliud in rempublicā, aut priuatas etiā perſonas collatum in accepti beneficij memoriam templa ludos, delubra ſtatuas, lucos, faſtos dies, & cætera id genꝰ decora conſecrauerunt, adiecta etiam ere publico impenſa plurima. Qui ſane (tametſi) ignorantia quadam ſupina in ea parte rationis methas exceſſerint, quod diuinos honores illis decreuerint, quos ab his rebus falſa ſuperſtitione deos putauerunt, Quatenus tamen ad humānum modum benefactorum ſuorum memoriam perpetuis ſignis, & animis celebritatibus cōſecrauerunt, dum nihil diuini iuris admiſcuiſſent nō modo reprehendendi non ſunt, verum etiam magna commēdatione digni iudicādi. Quandoquidem hæc virtutum præmia, ac decora cęteris ad eas amplexandas efficaciſſimum præbeant incitamentum. ☞ Quo magis huius Valdenſis, ſuorumque ſequacium ruſticitas atque ignauia pateſcit, quum ea vel iubent, vel prohibent quæ etiam humanæ rationi, moralique diſciplinæ maxime aduerſantur. Ne dum ſanctorū patrū decretis, & diuie legi. Nā per deū imortalē quid aliud in his diebꝰ agendū antiq̃ patres cōſtituerūt, quos in alicuiꝰ ſcti, & ipſiꝰ in primis deipare virginis honorē feſtos, feriatoſque eccleſia cōſecrauit, niſi hymnos & pſalmos in dei gloriā canere? lectiones & publicos ſermones in ſancti illiꝰ laudē, & virtutū piarūque actionū & intemerate religionis memoriā ad populū recitare? vtique ad eas res audiēdas reminiſcēdaſque & contēplandas attētiores hoīes reddant, ab oī alio opere abſtinere, totoſque dies in hiſce diuinis laudibꝰ & ſctorū ꝑconijs abſumere iubentur. Hi hi ſunt dies feſti, quales Romana eccleſia celebrandos inſtituit. Hæc in dei & ſanctorum honorem introductę ferię, hic cultus, hæc religio.

 ☞ Quibus

Tollitur obiectio q̃ fit ex abuſu.

☞ Quibus ſi immorigeri mortales praua corruptela abutuntur. Num ex eo deum, ſanctoſque eius honore priuandos arbitrabimur? corrigi certe magis atque emẽdari abuſus noſtros oportet, puráque, & ſanctam religionẽ poſtliminio quodam in integrum reſtitui. Et ſicut ſaluator docuit, in ſpiritu, & veritate, deum ipſum adorare. Et ſi forſitan ex plebi multa feriatione nouorumque feſtorum introductione plebi laborum ſtudioſe, nimium afferatur detrimenti facile, a prȩlatis vbi vel neceſſitas vrget, vel alia legitima ſubeſt cauſa diſpẽſari ſolet, ĩ his prȩſertim feſtis, quȩ vel recentiora ſunt, vel minora, maiora vero, ne valdeñ quidẽ ſeruari oportere negant, quãuis & in ipſorum cultu non minus errent, quam plebs vulgaris Criſtianorũ, multo vero magis quã infiniti diuerſorum ordinum & religioſi ſacerdotes non pauci, qui his ſacris diebus propenſiore ſtudio, quietioreque animo, & maiore religione diuinis rebus vacant, quam horũ Valdenſium quiſpiam. Quippe his ipſis celeberrimis diebꝰ paruam admodum curam ſacris cerimonijs adhibent.

alius error valđ. quo ĩprobãt ieiunia.

☞ De ieiunijs vero quȩ ad dei vel ſanctorum honorem catholica indixit eccleſia multo minus obijci poteſt quã do ex his nihil ad laborem, vel queſtum pertinens interdicatur, ſed ad frugalitatẽ, potius & corporis ſanitatẽ ea continentia cõferat plurimum, Et chriſtus exẽplo, multiſque argumentis hoc continentiæ genus probauit, modumque ieiunandi docuit, dum dixit. Quum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Item & eius efficaciã dum dixit. Certum genus demonij non eijci, niſi in oratione, & ieiunio. In actibus quoque apoſtolorũ legitur. eos quotiens a deo impetrare grande aliquid contenderent, ieiunio corpora ſua maceraſſe. Et paulus etiam in

ieiunijs



ieiunijs laboraſſe ſe teſtatur, ȩque quod carniũ cȩterorũque ciborum vſus his diebus prohibetur contra apoſtoli doctrinam cenſeri debet, qui dicit, Omnia mũda mũdis, hoc enim non negamus, ſed non omni tempore etiã mundis vti licet, alioquin ieiunandi neceſſitas eſſet nulla. Et apoſtoli verba clara ſunt, dum omnia, quæ apponuntur manducari prȩcipit, & nihil inquiri, quando ſcilicet ex eo ſcandalum proximo generatur, quod ſi mãducando carnes proximus ſcandalizaretur nunquam manducaturum ſe profitetur. Quod autem poteſt maius eſſe ſcandalum, quam eccleſiæ prȩcepta contẽnere, & omnino a carnibus, vino, cæteriſque libidinem fouentibus abſtinere, ad dei honorem mali nullam habere ſpeciem, poteſt horum vero vſus, prȩterquam quod ex cõtemptu culpa non caret, vicijs alimenta miniſtrat. Qua vna ratione Valdenſium in hoc articulo error perſpicue deprehenditur.

## ¶ ALIUS ERROR CIRCA IMAGINES.

QVOD VERO Imaginum adorationes in nobis arguũt, hoc. ſi id ita fiat, vt ipſi intelligunt nõ aduerſamur. neque ignoramus in generalibus quoque concilijs, publiciſque chriſtianorum conuentibus, inter eccleſiæ principes, & paſtores, haud parua contentione diſceptatum fuiſſe, an prohibendus eſſet, ex toto ſtatuarum, atque imaginum vſus multoſque non leuis doctrinæ, nec contemnendæ authoritatis viros in eam

 partem

partem ſubſcripſiſſe, ſcilicet ne ad ydolatriam homines alioquin ex recēti gentilitatis memoria ſatis proni pau=latim redirent. Qua potiſſimum ratione hebraice genti harum ſtatuarum vſum diuina lege prohibitum fuiſſe conſtat. Parique ratiōe tamdiu chriſtianis nephas viſum fuiſſe, quamdiu inter idolorum cultores verſabantur. ☞ At vbi diuina fauente clementia, ea paganorum ſuperſtitio ex maxima orbis parte exoleuit, & in toto pœne orbe vnus coli deus cœpit, imagines in locis pręſertim ſacris erigi viſum eſt operepreciū, idque vniuerſa ſacroſancta chriſtianorum ſinodus decreto publico diffiniuit, vt eo pacto Chriſti in nos beneficia, & ſanctorum hominum pia facta picturę, vel ſculpturę indicio, atque adminiculo, ad noſtram memoriā redacta, nos maiorem in modum ad pietatem, & religionem ſtimularent. Quum alioquin mens noſtra in diuinis rebus per ſe tepida, & ad terrena procliuis, ſi non aliquo materiali ſigno adiuuaretur ad eorum meditationem ſuopte impulſu, ęgre, perraroque ſe connecteret, relataque Chriſti, & ſanctorum eius ex euangelio eccleſiaſticiſque hyſtorijs geſta, ab hominum pręſertim agreſtium, & illiteratorum mentibus, facile excideret, Quę picturę, atque imagines, quotidie oculis atque animis eorum repreſentāt, nec deſūt, qui illos ſępe admoneāt imagines ī pas ꝑter ſāctorū, & chriſti īprimis memoriā religiōis, & ſacramēti continere oīno nihil, honoremque, & cultū oēm quē illis exhibemꝰ, ad res, non ad ſigna referri. ☞ Nec mirū cuiquā videri debet, ꝙ in eiſdē vel chriſti, vel ſācti alicuius numē ex vario cultorū merito, vel affectu ſuā quoque gloriā diuerſimode deꝰ manifeſtet, ita vt ad hāc virginis ſtatuā quā ad illā, & ī his quodā ī illis locis vota emiſſa maiorem

Qua ratione eccleſia vſū imaginum tolerauit.

Quare deus certis locis, vel tēpibus, & ad certas aras vel imagines plꝰ gratiæ cōfert quam alijs



ſa maiorē plerūque īpetrēt propiciationē, qn̄ & in veteri, & in nouo teſtamento hoc frequenter accidiſſe cōprobatur, certis quippe locis deū ſanctis patribus apparuiſſe legeſque & mandata illis dediſſe, altaria erigi, holocauſta offerri, incēſum adoleri, &c, pię religionis miſteria impleri iuſſiſſe quis ignorat? ſed & chriſtꝰ ipē oīa noſtrę ſalutis ſacramēta certis ꝑdeſtinatiſque locis cōſumauit, quippe licet his q recto ſūt corde. quocūque loco īuocatus pręſto ſit deus, ad noſtras tamē mētes excitandas certis tēporibꝰ certiſque locis, vti e re noſtra fore ipſe cognoſcit ſua nobis bñficia abūdātius ꝓfuſiuſqꝫ elargit, ſuāqꝫ gloriā apertius manifeſtat. Qua maxime ratione in dei honorē tēpla delubra (& de qbus loquimur) ſimulachra ſunt cōſtructa, dieſque ſolemnes ſtatis tēporibꝰ iſtituti, vt cōgruētibꝰ, & religioſis locis, a ꝓphanis vſibꝰ diſtictis determinato tēpore cōuenietes chriſticolę, ſacra deo maiore cū reuerētia, & deuotione perſoluāt, nā de Petro, & Ioāne in act. apoſt. legitur, quod aſcēdebāt ī tēplū ad horam oratiōis nonā, & chriſtus ipē die feſto mediāte idē feciſſe perhibetur. ☞ Alioquin ſi nulla eſſet locorū, & tēporū in his rebus diſtinctio, iā diu religio oīs, ex hoīm mēoria defluxiſſet, aut ad pauciſſimos oīno redacta fuiſſet, quod in humanis rebꝰ experimēto manifeſto probari pōt, ſi ei oībus paſſim diebꝰ, oībuſque locis copiā ſui reges, cęterique pricipes faciāt, aut regio cultu ī publicū prodeāt, aut ludos, vel conuiuia populo exhibeāt, haud dubiū eſt quin breui tēpore ex nimia aſſiduitate eorum vileſcat authoritas. ☞ Habet igitur locorū cōditio ex dei electione religionis diuerſitatē. Quippe deus ipſe tēplū ſuo iuſſu dicatū domū oratiōis cōſtituit, & ſyō ī habitationē elegit, quāuis piā hoīs mētē verū eius templū ipſe affirmet, quo reſpectu, qui maieſtatē, & ſanctorum

Cōfirmatur ratione & experiētia.

Declarat rurſus q bꝰ ꝑſonis ſtatuę ſint vtiles, & iutiles.

gloriam oculis mẽtis intuetur, velut prothomartyr ille
qui cœlos apertos vidit,& iheſum ſtantem a dextris dei,
huic profecto nulla ſtatua,nullaque pictura opus eſt,ſi-
cuti ſua ſponte virtute & reipublice ſaluti amplitudini-
que toto pectore incumbentibus,neque maiorum ſuorũ,
neque aliorum pręclarorum virorum ſtatuæ quicquam
conferunt. Neque ſi tali omnes animo ciues eſſent, ſtatu
as in foro erigi ſapientes Romani,græcive decreuiſſent
Sed trahendi ſunt his & aliȷs adminiculis ſegnes,parum
que virtutis,& patriæ ſtudioſi. Et hoc eſt,quod apoſtolꝰ
dicit,ſcripturas credentibus ſufficere,non credẽtibus ve
ro linguarum ſigna eſſe neceſſaria. Hę etenim imagines
ſigna ſunt rerum credendarum. ☞ Quod (vt apertiꝰ in
re quã tractamꝰ) ĩtelligas. Querã abs te,nũ deũ, aut pe-
des aut faciẽ,aut cætera hũana mẽbra habere putes. Di-
ces profecto (ſi chriſto credis) deum ſpiritum eſſe. & pro
inde corporea hęc ab eo pœnitꝰ eſſe aliena. Rurſus. Nũ
in cœlo,bouis,leonis,aquileve aut cæterorum animaliũ
ſpẽs inueniri putas,aut currus vel rotas,q̃ tonitrua emit
tant,& reliqua,quæ Ezechiel,& cęteri prophetę,ac Ioã-
nes in apocalipſi vidiſſe ſe retulerunt. Neque hoc puto
te dicturum Sicuti neque columbã,aut materialẽ ignẽ
ſpiritum ſanctum fuiſſe,aut Chriſtum,agnũ, Leonem
& cætera id genus, quæ accõmodata quadam proprieta-
te ſcriptura ſacra illi tribuit. Num igitur deum ipſum ar
gues qui per ora prophetarum talibꝰ figuris archana ſuę
gloriæ,hominibus manifeſtare dignatus eſt,aut hoc ſu-
perſtitioſum vel inutile iudicabis? Neque eo temerita-
tis,prorumpere te arbitror. Quid igitur cauſę cur hęc cõ
fixerit,iudicabis? Aliud profecto excogitari nequit, ni-
ſi,vt incomprehenſibilem humano intellectu maieſta
tem ſuam ſenſi-

Cõfirmaẽ opinio ec- cleſię alio argumẽto ex ſacra ſcriptura.



tem ſuam ſenſibilibus quibuſdam ſignis, veluti per ſpe
culum in enigmate perſpicuam hominibus faceret. Igi-
tur,ſi tam es fide infirmus,vt ad idolatriam te chriſti,&
ſanctorum ſtatuæ prouocent,hęc,quæ prędiximꝰ, ad pe
iora facilius prouocabunt. Quod itaque ſcriptura doctis
tribuit,hoc imagines,& monumẽta imperitis. ☞ Quã-
obrem noli deinceps Valdẽſis hęreſis aſſectator his tuo
rum ſeductorum deliramentis aures, animumve ad-
hibere. Quibus,vt te alioſque ſeducant,ſatis eſt aliquid a
cõmuni eccleſię credulitate tibi perſuaſiſſe. Quod apud
ignorantes ratione aliqua cõprobari queat. Neque apud
tales homines,id eſt difficile,vbi præſertim nullus adeſt
oppugnator. Sed crede potius peritis theologis, & vni-
uerſalis eccleſiæ pręlatis. Ex quorum ore requirendam
legẽ Malachi. teſtatur dicens. Labia ſacerdotum cuſto-
diunt ſcientiam,& legem requirent de ore eius. Quoti-
ens igitur in aliquo heſitas,illos cõſule. Nihil enĩ eſt in
noſtra lege tã ſanctũ,tãque ꝓbatũ,quod nõ rõnibꝰ & ar-
gumentationibus apparentibus calũniari facile queat.

Exhorta- tio ad Val dẽſes vt in hoc articu lo & cæte- ris eccleſię romanę fi dẽ ſectẽt.

☞ ALIVS ERROR QVO DICVNT OMNE IVRAMENTVM ESSE PECCATVM MORTALE.

QVID VERO ILLVD QVOD
barbæ inſenſati vt cęteris iuſtiores videantur
affirmant,proſequi ampliꝰ neceſſe eſt. Q̃n &
ſi erroneũ ſit,ſpeciẽ tñ quandã arctioris reli-
gionis habet. Dicũt enĩ nullũ iuramentũ abſque morta
li peccato eſſe poſſe. Id autẽ & euangelica & apoſtolica
authoritate,nec ea quidẽ vulgari aut ambigua vel adum
brata,ſed aperta. Et vt exiſtimant,irrefragabili cõproba
re nitũtur. Chriſtꝰ nãque,tã apertis hoc verbis expreſſit
vt abſque

*authoritates ꝓ hac parte.*

vt abſque cauillo neqant euitari. Ait eni. Audiſtis, quia dictũ eſt antiquis, nõ periurabis. Reddes autẽ dño iuramenta tua. Ego autẽ dico vobis, nõ iurare oĩno neque ꝑ cœlũ &c. Sit autẽ ſermo veſter eſt eſt, non nõ. Quod autem his abundãtius eſt, a malo eſt. Quodquidẽ mãdatũ emulatus Iacobꝰ apoſtolus in epiſtola ſua inter p̄cipua his verbis cõmendauit. Super oĩa (inquit) Nolite iurare neque per cœlũ, neque per terrã, neque quodcũque aliud iuramentũ. Sit autẽ ſermo veſter eſt eſt, nõ non, vt nõ ſub iudicio decidatis.

*Cõmẽdatur hęc valdenſiũ opinio in aliquibus & oſtẽditur quare in reliquis eſt ĩprobãda.*

☞ Aduerſus autẽ hanc aſſertionẽ aliq̃d afferre (qua ſunt hoĩes ad iuramẽta facilitate) maioris fortaſſis erit periculi quã cõmodi. Quapropter eorũ in hac parte opinionẽ ꝓbamꝰ vt ab oĩ prorſus iuramẽto volũtario ſe cõtineant, Et rerũ potiꝰ iacturã patiant̃ quã iudiciale iuſiurandũ, quod vitare cedẽdo poſſint, ſubire cõpellãtur. Sicut Paulꝰ in pria ad Corinth. epiſtola ſuadet faciendũ Chriſti cõſiliũ ſecutꝰ. Verũ ne ſub hoc prętextu, vel hęreſim abiurare vel in verba dñorũ ſuorũ ſpiritualiũ tẽporaliũve iurare, vel iuſſi teſtimoniũ veritatis adhibito iureiurãdo perhibere recuſent, hunc ſicut cęteros errores, cõfundere manifeſtis rationibus & argumẽtis ſacręque ſcripturę teſtimoniis conabimur.

*Authoritates pro parte contraria.*

☞ Atque illud cũ primis oſtendemꝰ iuramẽtũ aliquod eſſe qd̃ nõ modo, abſque periculo culpę preſtari poſſit. Verũ etiam laudabile, deoque gratũ eſſe cõprobet̃ idque ex multis antiquę paginę teſtimoniis facilimũ erit approbare. Sed (vt paucis rẽ abſoluã) Quid illo ẽ manifeſtiꝰ, quod per os ꝓphetę ſpiritusſanctꝰ ꝓnunciauit. Interrogatus eni a ꝓpheta his verbis, dñe q̃s habitabit in tabernaculo tuo, aut q̃s requieſcet in mõte ſancto tuo, In hũc modũ inter cætera reſponſum dedit, Qui iurat proximo ſuo &

non decipit.



non decipit. Et alio rurſus loco. Quis aſcendet in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo. Alio quoque loco idem propheta dixit. Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Et in deutero. docens Moyſes populũ hoc præcepit. dominum (inquit) deũ tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, & per nomen eiꝰ iurabis. Nẽpe nõ permittentis, ſed iubentis verba fuere. In perſona quoque Chriſti loquens Eſayas dicit. Mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Quid vero illud, quod ad populum hebræum per os Hiere. deus ipſe locutus eſt. Si abſtuleris (inquit) offendicula tua, a facie mea nõ commoueberis, & iurabis, viuit deus in veritate, & iudicio & iuſticia. Exempla vero ex eodem veteri teſtamento extant infinita, quibus non ſolum ſancti homines, ſed & angeli, & deus ipſe iuraſſe perhibetur.

*Reſpõſio valdenſiũ*

☞ Sed illi recenti adhuc barbarum ſuorum doctrina callentes, vnica reſponſione omnes authoritates ſacræ ſcripturæ ſubmouiſſe ſibi perſuadent, vt dicant, hoc in veteri lege ob populi duriciem a deo permiſſa fuiſſe. Verum perfectiorem dantem legem Chriſtum, hoc poſterius vetuiſſe, ſicuti de diuortio, ſacrificiis & aliis permultis Ipſe idem Chriſtus nobis eſt author, quod & eo loco quem nunc tractamus aperte oſtendit. Ait enim. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, non periurabis. Ego autem dico vobis &c. Ac ſi diceret hoc antiquis lex vetꝰ permiſit. Ego autem aliter ſtatuo.

*Tollitur reſponſio.*

☞ Cæterum hanc eorum reſponſionem nõ illis ſuffragari multis oſtendimꝰ argumẽtis, qua ſublata, ad aliã reſolutionẽ erit decurrẽdũ

quam ne ipſi

quam ne ipſi quidem refutare poterint, quum alio, quo
euadant,non inuenerint. Primum igitur queram ab eis,
quæ cauſa eſſe potuerit,cur iurare permitteret deus in le
ge illa homines,ſi id a malo erat,& diuinæ maieſtati de
rogabat , quando tot alia pręcepta grauiora impoſuerit,
quæ in Exodo,& Deuteronom̄. ſunt ſcripta . Et in hac
ipſa re,de qua loquimur,arctiorem prohibitionem fece=
rit, dum nomen Dei in vanum aſſumere vetuit,hoc enī
quam illud ſeruare multo eſt difficilius. Non ergo tole
rabile iſtud fragilitas antiquorum fecit,quę fuit diuorti
um,& reliqua alioquin prohibita permittendi ratio vni
ca eo ipſo Saluatore teſte. ☞ Adde quod ſi in homini=
bus tolerabile hæc ipſa ratio feciſſet,quid quod angelos
iuraſſe legimus,quos fragilitati obnoxios nemo dixerit
ipſi vero deo iurāti illud obijci poſſet, quod Chriſto no=
ſtro iudęi obiecere,dum dixerunt. Quod ſignum oſten=
dis nobis,cur ita facis? Quamuis enim multa hominum
facta diſſimulet,fragilitati humanæ compatiens,autho
rem tamē ſe erroris exemplo aliquo prębere,a ſua maie=
ſtate prorſus abhorret. ☞ Quod ſi mihi reſpōdeas aliā
eſſe dei,aliam hominis rationem,multaque licere Deo
quę hominibus nō licent,ego rurſum in te hoc retorque
bo,poteſtatem quidem deo quam homini abſque cōpa=
ratione maiorem competere palam eſt, Ob idque illam
imitari fruſtra hominem niti,puritatem vero innocen=
tiam,& perfectionem(tametſi)ſperare homo non debe
at illi parem, quatenus tamen poteſt,vt ſe ſimilem Deo
reddat conari debet,dicente Saluatore. Eſtote perfecti,
ſicut & pater veſter perfectus eſt,quanto igitur deus ipſe
& ſūme ꝑfectꝰ eſt & totiꝰ ꝑfectiōis norma,atq; exēplar
tāto minꝰ ab eo ꝑdire qcq̄ debet qđ malo ſit mortalibꝰ
exemplo

Secūda rō

Remouet̃ ſolutio ad proximā rationem.



exemplo,ipſe etenim hominem indutus dixit. Exem=
plum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci, ita & vos
faciatis. ☞ Quid plura,quod deꝰ i hac parte fecit homi
nibus imitabile reliquiſſe Apoſtolus i hæc verba ad he
bręos ſcribens oſtendit(ni fallor)apertiſſime, Abraę nā
que promittens deus . Quoniam neminem habuit per
quē iuraret maiorē,iurauit per ſemetipſū. Et paulopoſt,
homines enim per maiorem ſui iurant. Et omnis contro
uerſiæ eorum finis,ad confirmationem eſt iuramentū.
Cernis ergo hanc conſuetudinem hominum nō impro
bare Apoſtolum,ſed diuino potius exemplo confirma=
re,vt ad dirimendas controuerſias, confirmandaſque ꝓ
miſſiones iuſiurandum interponant,eoque fortius eſt ar
gumentum,quo ſi iuſto homini,haud indecens viſū eſt
promittere,Deū ad maius ſuę promiſſionis robur,quan
to magis quum promittit homo homini? Si enim iuſtus
& fidelis erat Abraam,qualem eum ſcriptura, & Deus
ipſe teſtatur fuiſſe,debuit & ſine iuramento deo promit
tenti adhibere fidem. vt certe erat adhibiturus, quod de
homine non eque ſeparari poteſt,quum dicat ſcriptura
Omnis homo mendax. Et rurſus . Nolite confidere in
principibus,nec in filijs hominum. Et iterum. Menda=
ces filij hominum. Igitur ſi non inconueniens deo viſū
eſt,adhibere pollicitationi ſuæ iuramentum ,multo id
minus videri debet , ſi hoc homo homini ex cauſa non
leui,aut vana religioſe præſtat. ☞ Vis & aliud teſtimo
nium ex veteri teſtamēto,cui reſpondere omnes tui Bar
bę non poterunt. Lege Eſayam in capite ſexageſimoqui
to, ibi aperte inuenies prędictam a deo reprobationem
ſynagogæ,& electionē eccleſiæ ex gentibus , quumque
multa de illiꝰ gētis impietate diſſeruiſſet,ad ea quæ i il=
lorum pœnam

Cōfirmat̃ hæc pars authorita= te Pauli.

reducitur alia autho ritas vete= riſteſtamē ti.

lorum pœnam, & nouę ecclesiæ gloriam decreuit, ſermonem conuertens ait. Propter hoc hæc dicit dominus Ecce ſerui mei comedent, & vos eſurietis, & poſt pauca ſequitur. Et dimittetis nomen veſtrum in iuramentum electis meis. & rurſus paulo infra. Et qui iurat in terra iurabit in deo amen. Ecce quam aperte Chriſtianos in deo iuraturos pronũciat, quod ſi Chriſtus oīno ꝓhibuit ꝓphetã mentitum fuiſſe fateamur neceſſe eſt, immo vero deum ipſum, qui per os prophetę loquebatur, & cuius ea ſunt verba. ☞ Ad hæc teſtem alium accipe in nouo teſtamento, omnium probatiſſimum Paulum. Is enim non ſemel, atque iterum, ſed tertio, & quarto, & fortaſſis frequentius teſtem inuocat deum, & Saluatorem Chriſtum. Teſtis (inquit ad Romanos ſcribens) eſt mihi deus, cui ſermo in ſpiritu meo in euangelio filij eius. Itidẽ & ad philippenſes, & ad Theſſalo. ſcriptum inuenies, & expreſſius ad Corinth. his verbis. Fidelis autem Deus quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo eſt & non. ſed in illo eſt. Et poſt pauca. Ego autem teſtem deum inuoco in animam meam, & cetera. Et rurſus. Deus, & pater domini noſtri ieſu chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quia non mentior. Et ad Galath. Ecce coram deo quod non mentior, Nihil enim aliud eſt iurare quam aſſertioni humanę Deum adhibere teſtem, & mẽdacij vltorem, vt pręcedentia faciunt manifeſtum. Et ſi grammaticos adibis, hoc ipſi conteſtabuntur. Niſi ergo in ſono verborum vim facias (quod apoſtolus reprehendit) Tantumdem eſt dicere, iuro per deum, & teſtifícor coram deo, vel ſcit deus quod non mentior. ☞ Accipe & in nouo teſtamento aliud teſtimonium his omnibus manifeſtius chriſtus ipſe, qui omnino iurari vetuit, quo

alia authoritas pauli

aliud teſtimoniũ ex euangelio

tiens his



tiens his verbis vſus eſt. Amen, amen dico vobis, quæ ſane hunc eundem ſenſum habent, in veritate dico vobis. Hoc autem hebręum vocabulum iuramenti vicem obtinere Eſaye, quæ paulo ante retulimus, verba oſtendũt Et qui iurauit in terra (inquit) iurabit in deo amen. Et Paulus idem conteſtari videtur ad Corinthios ſcribens. dum dicit. Quotquot autem promiſſiones dei ſunt, in illo eſt, Ideo, & per ipſum deo amen ad gloriam, & omnino ſi tam ad corticem Chriſti verba accipis, non ſeruauit quod docuit, Debuit enim ſimpliciter dicere eſt eſt, non amen amen, ☞ Manifeſtius vero in apocalipſi, quę longe poſt euangelium conſcripta eſt, refert Ioannes angelũ iurantẽ ꝑ viuentẽ in ſecula. Quãtis ergo teſtimonijs cõfirmatã vides eccleſiæ ſanctæ ſententiam. O incredule, vt ex cauſa iurare liceat. ☞ Verum quia hæc neque intelligis, neque aduerterũt q̃ te docuerũt. Quippe qui calumniam, non veritatem ex ſacra ſcriptura requirentes, literę inhęrent, nec ſanum eius ſenſum recipiunt, idcirco. ne repugnantia inuicem videantur dei teſtimonia, & pręcepta. oportet, vt eorum quæ ipſi proſæ inducunt ſenſum. Ex alijs eiuſdem ſcripturæ locis aperiamus, neque enim aliunde admitterent, igitur quum iurare abſolute prohibitum inueniatur in quibuſdam ſcripturæ, tam veteris quã noui teſtamenti locis, & in alijs equidem, & permiſſum, & apporbatum iuramẽtũ oportet vt ſcripturas cõcordemus, diſtinctionẽ aliquã facere iuramẽtorũ quo nobis clarere poſſit vtrũ horũ ꝑmiſſũ ſit, & vtrũ vetitũ. Quod quidẽ nõ in hoc dũtaxat articulo verũ decies, milies in ſacra ſcriptura ita fieri oportere ne tui quidẽ barbę negabuut, alioqui vt iã ĩ alio articulo ſuperius eſt oſtenſum, inuicẽ pugnabũt ferme omnia, &

Aliud in apocalipſi

oñditur ꝑ cõcordia ſcripturarũ i hoc articulo vtẽdũ eſſe diſtinctione

vt ex infinitis

vt ex infinitis nonnulla proferam ad memoriã ea reuo=care ſufficiet,quæ in ſuperioribus tacta fuere. Illud præſertim,quo ad parentum dilectionem pertinet. Vbique enim lex & vetus & noua præcipit illos diligere,& ſummo in honore habere,& ne parentes quidem tãtum,Sed & proximum quemque,ſicut ſemetipſum amare. Quodam tamen loco Chriſtus dicit. Eos odio haberi oportere. Si quis illum ſequi velit. Sed quemadmodum ex ip=ſius verbis oſtendimus,diuerſimode dilectionem acci=piendam eſſe. Ita & hic iuramentum in diuerſas ſpecies diſtinguere eadem nos ratio cogit, & ſcripturę ipſi⁹ verba inducunt. ☞ Atque illud ante omnia præmittendũ eſt,in veteri quoque lege, iuramentum temerarium, & quod ex conſuetudine,vel aliter abſque vlla neceſſitate vel rationabili ve cauſa profertur,pernicioſum eſſe nedum in euangelica. Audi quid per Salomo. dicat dei ſa=pientia, iurationi non aſſueſcat os tuum. Multi enim caſus in illa,nominatio vero dei non ſit aſſidua in ore tuo. Et paulopoſt. Vir multum iurans,replebitur iniquitate & non diſcedet a domo eius plaga. Ecce ſcripturę mani=feſtum ſenſum. Idem enim propheta iudiciũ de iuramẽto facit, quod de ipſius dei nominatione. Et ſub eodem præcepto,vti eſt ponit vtrumque. Sicut igitur deũ abſ=que rationabili cauſa,dũ nominas illũ offendis, & legis eius ſis tranſgreſſor. Ita & quũ ſine cauſa iuras. Neque enĩ hęc iuramẽti ꝓhibitio ſub alio præcepto cadere põt quã ſub illo. Ergo & ſecundũ illud interꝑtari hoc opor=tebit,quũ ſint eiuſdẽ rationis. Planius quoque oſtẽdit ſapientia,quale ſit quod temerariũ vanũ ve dici oporteat. Illud ſcilicet quod ex mala conſuetudine temere profertur. Quod nimirũ idcirco reprobatur. Quia dei nomẽ,

Oſtẽditur etiã ĩ lege veteri iu=ramẽtum temerariũ ꝓhibitũ fuiſſe quo eſt ꝓhibi=tum noua.

& religio



& religio cõtennitur,ſicut & alibi eodẽ libro ſapiẽtia his verbis declarat. Loquela multũ iurans horripilationem capitis ſtatuet,irreuerẽtia illius obturatio auriũ. Necdũ ergo ex lege veteri prohibebatur periuriũ,ſed ianis,& temeraria iuratio. Et proinde nulla eſt inter legẽ moſaicã & euãgelicam in ea parte diſſonãtia. ☞ Tametſi niſi recte verba chriſti intelligas,cõtrariũ habere ſenſũ videantur. Ait enĩ. audiſtis,quia dictũ eſt antiquis,nõ periu=rabis,ac ſi diceret,ſolũ periuriũ ãtiquis prohibebatur, & tamẽ falſũ id eſſe iã aperte vides. Accipe ergo verũ ſen=ſum,& intelligas nõ eũ legẽ antiquã in hac parte ĩmutare voluiſſe,ſed abuſum phariſeorũ,& ſcribarũ qui ſuis ꝑuerſis traditionib⁹ verũ legis ſenſũ deprauabãt. Propterea nõ dixit. Scriptũ eſt in lege veteri, ſed quia dictũ eſt antiquis. Sicut & in alio articulo ſaluator ipſe mandata proponens oſtendit dũ dixit. Dictũ eſt antiquis,diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicũ tuum, poſtrema quippe verba,vt inimicũ odio habeamus,nullibi in lege ſcripta ſunt,ſed quũ ſcriptũ eſſet in Leuitico. Diliges a=micum tuũ,aut vt alia litera habet,proximũ tuũ,antiq deprauatores legis a ſenſu cõtrario argumẽtabãtur,odio habendũ eſſe inimicũ nõ attendentes quod per ſecundũ legis mãdatũ proximũ quemque diligi deus iubet,vt ſe ipſum,quodque omnes homĩes fratres ſunt. & proximi, atque amici,ſicut idem ſaluator alteri hypocritę declarauit,qui eum interrogauit. Quis eſſet proximus ſuus, horum ergo peruerſã interpretationem reprehendens,di=xit. Ego autẽ dico vobis,diligite ĩimicos veſtros,ſicut & hic. Nolite oĩno iurare. ☞ Eiuſdem generis eſt & aliud pręceptum,quod eodem quoque loco ſaluator inſtituit, Dictum eſt (inquit) antiquis,non mechaberis. ego autẽ dico vobis,qui viderit mulierem ad cõcupiſcendum eã,

Oñditur xp̃m ĩ hoc articulo nõ ĩmutaſ ſe legẽ ãti=quã ſed a=buſum rep̃hendiſſe,

ꝓbatur re=ſponſio ex ſimili.

 ſtatim me=

ſtatim mechatus eſt in corde ſuo, neque enī veteris legis preceptū immutat, ſed declarat, & in obſeruātiam ei⁹ redarguit. quippe & leg. veteri cautū erat, nequis vxorem proximi ſui cōcupiſceret. & ſapientia dicit. Auerte faciem tuā a muliere cōpta, & ne circūſpicias ſpeciē mulieris. ſed ſcribe, & phariſei pceptum legis ad ſolas fortaſſis vxoratas mulieres, & ppinquorū nō exterorū vxores reſtrīgebāt, qđ chriſt⁹ īterptatur ītelligi debere prorſus ad oēs ſimile & de alio pcepto legis, quod pria facie extēdere atq; ampliare eodē ſermone videtur, dictū eſt (īquit) antiquis, nō occides Ego aūt dico vobis, q̄ iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, & q̄ ibi ſequuntur. hoc enī nō tam eſt ampliare legē veterē q̄ recte interptari. nā & in lege illa veteri cōuiciari, aut iniurā aliā inferre alteri vetitū erat Ait eī propheta. Dn̄s facit iudicium iniuriā patiētibus. Et ī eccleſiaſtico dicit. Nihil agas ī operib⁹ īiurię, & rurſum ante ſanguinem maledicta & contumelię, & minę ☞ Hęc itaque ī illis pceptis vera fuit mēs ſaluatoris vt oſtenderet primū obſeruari pcepta legis antiq̄ ad aſſem quaten⁹ ad diuinū cultū, & charitatē erga pximū reſpectabāt, & ob id pmiſit nō putetis quod veni ſoluere legē ſed adīplere, & ſubiūgit, q̄ vero ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis & docuerit ſic hoīes minim⁹ vocabit in regno cœlorum. Preter hoc oſtendere voluit phariſeos, & ſcribas nō bn̄ legē ſeruare, ſed pverſe īterptari, ob quod ipe de quibuſdē exēpla ponit. qualia ſūt q̄ pxime retulimus, & hac de cauſa priuſq̄ ea īterptaretur pmiſit illud quod pdixi. niſi abūdauerit iuſtitia veſtra pluſq̄ ſcribarū, &c. q̄dā vero etiā īmutauit, q̄ ad illi⁹ rudis populi duriciem erāt min⁹ pfecte in lege veteri pmiſſa potiuſq̄ cōceſſa quale eſt illud diuortio. q̄dā vero nō īmutat, ſed pfectiora reddit, quale illud eſt, non reſiſtite malo, ſed ſi quis te

Infertur ex pmiſſis declaratio mētis xpi ad oēs caſ⁹ ſupradictos.



quis te percuſſerit in dextra maxilla, prebe ei & altera m hoc ei nō pcepti eſt, ſed conſilij, neq; ſp ſed p loco, & tēpore eſt faciēdū. qn̄ ne id quidē ſaluator ipſe pcuſſus a ſeruo pontificis fecerit. ☞ Cernis igitur quod prius dicebamus, verū eſſe xp̄m. s. in hac parte quā pro te aſſumis dum de iuramēto locutus eſt nō legem veterē, ſed antiquorū īterptationē īprobare voluiſſe quod ēt a ptius alio loco oñdit, quū illū Iudæi increparēt. quod diſcipuli ei⁹ traditiones maiorum nō ſeruarent, quia manus nō lauabāt quū eſſent māducaturi. quare (inquit) & vos trāſgredimini mandatū legis propter traditiōes veſtras? maniſeſte enī illos cōuicit, ex traditionibus ſuis peruerſis, verum legis ſenſū corrūpere, ita & hoc loco. ☞ Neque mihi rurſus obijcias quod xp̄i verba tā pciſa, tamq; pgnantia ſunt, vt īterptationē hāc nō recipiāt. Ex eo quod verbo negatiuo, & prohibitiuo nō eſt viſum illi ſatis dixiſſe Nolite iurare niſi ad maiorem mentis cōceptum exprimendū vniuerſalē hanc dictionē adiecīſſet oīno q̄ profecto omnē iuramenti ſpeciem videt excludere. Ex pdictis namq; deprehendis manifeſte id ita ītelligi nō poſſe, ſed infecti vniuerſalē hunc terminū ad ea q̄ eiuſdē generis ſunt oportere. vt. s. ītelligamus nō licere ī vanum iurare vllo pacto. i. etiam dei noīe nō expreſſo, ī quo Iudei male intelligētes errabant, q̄ paſſim in cōmuni ſermone iurabant p cœlū, & per teram, aut p caput ſuū, & multa id genus, quaſi cōtra legē nō cōmitteret, eo quod dei nomē nō ī vanū aſſumeret, quod ſaluator ipſe in ſequentibus verbis oſtēdit ſubijciens, neque p cœlū. &c. Illud ergo vocabulū oīno nō cauſas iurādi includit, ſed formas, & vtcunque ſit nō tā large ītelligi debet vt alijs ſcripturæ locis aduerſetur. ☞ Et ne ſine teſte idoneo affirmare me putes hanc interpretationem pro materiæ ratione

reducunt pdicta ad mēſionem prius datā.

Tollitur rurſus replicatio p valden.

Cōfirmat reſponſio.

ratione vniuerſalē hunc loquendi modum cōgrue pati.
Lege in leuitico inuenies enī in.xxi.capite ita ſcriptum
Pontifex ad omne mortuum nō ingredietur oīno, Et ni
hilo tamen minus in numeris capite.ij.poſt præceptum
illud iuenies Eleazarum pontificē ad patrem ſuū Aarō
deffunctū fuiſſe ingreſſum, & ꝓinde ab illo vniuerſali
verbo pōtifex defūctus viuētis pater cōprobatur fuiſſe
exceptus. Lege & in deuteronomio capite octauo, & in
uenies deū populo illi p̄dixiſſe quod ſi deos alienos ado
raſſet oīno diſperiret. Verumtamē ex illis plurimi hoc
fecerunt, neque tñ deꝰ eos oīno diſꝑdidit, ſed ex his etiā
(qui hoc admiſerunt) chriſtum ſuū naſci voluit, eodēqꝫ
volumine legitur oīno indigens nō erit, inter vos, & tñ
verbum illud oīno, nō ad perſonā, ſed ad modū indigen
tiæ refertur, ne a ſenſu alterius ſcripturę diſſentiat, ita &
hic omnem oīno iurādi formā tollere voluit, ſiue per de
um, ſiue ꝑ creaturā iuretur. His.ſ.caſibus ꝗbus lex iura
ri vetuit, nō quibus permiſit. ☞ Quod & ſequentia ver
ba recte intellecta declarant aperte dum ſubdidit. Sit er
go ſermo veſter eſt eſt, non nō. Siquidem dum ſermonē
dixit illum intelligere voluit qui eſt in cōmuni homi-
num vſu non quo quid deo, aut homini, vel promittimꝰ
vel in re ſeria, & graui atteſtamur, hæc ei ſpeciale nomē
habent. Promiſſio quippe, vel teſtificatio id genus loca
tionis appellatur nō ſimpliciter ſermo quāuis abſqꝫ ſer
mone fieri nequeat. ☞ Vis & hoc ex ſcriptura cōprobē
lege in eccleſiaſtico, & hoc mō ſcriptum inuenies. Ante
ſermonem nō laudes virū. Ecce quod ſermonem a lau-
datione diſtinguit, quā tamen ſine ſermōe fieri nō poſſe
palam eſt. Sed genus illud, hoc ſpecies eſt. Lege & in no
uo teſtamento Paulum, & comperies eum ad Corinth.
ſcribentem, Ita dixiſſe. Alij quidem datur per ſpiritum
ſermo ſapientiæ

Confirma
tur ex eodē
ſermone
Saluatoris

Inter ſer-
monē, &
ꝓmiſſio-
nē, aut te
ſtimoniū
eſt differē
tia.



ſermo ſapientiæ. Alij ſermo ſcientiæ. Alij prophetia.
Alij gratia linguarū. Vides ergo ſermonis vocabulū in
plures ſpecies diſtingui. Et proinde quum ſimpliciter ꝓ
fertur, ad ſimplicem & vulgatam referri debere. Aliud
enim eſt ſermo ſimpliciter. Aliud ſermo ſapientiæ, vel
ſcientię, aut ꝓphetiæ. Rurſus & ad Ro. ſcribens, quū de
promiſſione Abrahę facta loqueretur, ſic ait. Promiſſio-
nis enī verbum hoc eſt, ac ſi aperte dixiſſet, non ſimplex
verbum vel vulgaris ſermo, ſed ꝓmiſſio, quę enī genera
lem atque indefinitā ſignificationem habent vocabula
facile a ſpecialibꝰ diſcernūtur. Nec illa cōp̄hēdunt, vbi
pręſertim circa ſpecialia iueniꝛ aliter fuiſſe determina-
tum, qđ & alijs ſacrę ſcripturę teſtimonijs approbari fa-
cile poſſet. Verū hęc ſunt plus fortaſſis in re tā clara ni-
mio ſatis. ☞ Hunc quoque ſenſum ſubſequētia ſaluato
ris verba cōgruę recipiunt dū dixit. Quod amplius eſt, a
malo eſt ad terminos quippe p̄cedētis ſermonis neceſſa
rio referri debet. Quāuis & aliū ſenſum habere poſſit qđ
a malo ſit omne iuramentū.i.a malicia hoīs originē ha-
beat. Niſi enim hoīm mētes malicia deprauaſſet, nullo
pœnitus iuramento vſi hoīes fuiſſent. Sed neceſſitatem
atque vtilitatē iuramenti malicia docuit. Propterea ſapi
entia dicit. Nō enī iurantiū eſt virtus, quēadmodū apo-
ſtolus ad Ro. ſcribēs oſtendit legē quidē bonā eſſe, ſed a
malo originē habuiſſe. ☞ Eſt igitur in hac iuramenti
materia verus ſacræ ſcripturę ſenſus. Tunc demū impu
ne iurari, quum tres habet comites iuſiurandū quos Hie
re. quē ſupra retulimꝰ expreſſit veritatē, ſcilicet. iudiciū,
& iuſticiā. Veritatē quidē in dicto, vel promiſſo iudiciū
diſcretionis in cauſa ordine, & modo, & iuſticiā in re pro
miſſa, vt ſcilicet ſit honeſta, probabilis & legi conſona,
horum ſiquid deſit, nō modo a malo, ſed etiā malū eſt.

Reſpōdeꝛ
ad alia ver
ba ſaluato
ris.

Cōcluſio.

 ALIVS ER-

## ALIVS ERROR QVO ASSErunt omne mendacium eſſe pctm̄ mortale.

DE MENDACIO VERO
quod Valdenſes affirmāt ſemꝑ mor
tale pctm̄ eſſe minus laborandū cen
ſemus qn̄quidem eos ipſos facto pro
prio aliter ac p̄dicāt ſentire ſit in ſu=
perioribus apertiſſime oſtenſum. Et
inſuper ꝓbabile nō negamus, ab oī
prorſus mendacio abſtinere. Nihilo tn̄ minus horum er
rorem ſimul & ignorantiā detegere idcirco conueniens
eſſe putamus, ne veriorē vel in hac vna ꝑte intelligētiā
ſcripturarū habuiſſe videātur, quā ſc̄tiſſimę eccleſię Ca
tholicę, & ſacrę theologię doctores, & ꝓinde in alijs va=
Cā erroris — cillent. Siquidē hi deliri & deridiculi hoīes in hac re
(ſicut in reliquis) vnā tātum ſcripturę partē attendunt.
Et vna tm̄ aure audiūt. Nec folium (vt vulgo dici ſolet)
vertūt. Quippe quib⁹ ad cōcordādū ſcripturas, neque in
geniū, neque doctria, neque recta mēs ſuppetit. Propter
qđ ſcrutari legē dei neq̄unt, quē a deo nō poſtulēt recta
fide intellectū dari ſibi, Sicut ille qui dicebat. Da mihi
intellectū, & ſcrutabor legē tuā. Nec malignos barbas a
ſe abijciunt, qui ſi ab eis declinarent, recte profecto man
data dei ſcrutari poſſent. Quū enī ad eos veniūt, illa eiuſ
dem prophetę verba in ore habere deberēt. Declinate a
me maligni, & ſcrutabor mādata dei mei. Ad rē, ita=
Authoritates pro hac parte — que veniam⁹, hi ad ſuę erroris fomētū ſacrę ſcripturę te=
ſtimonio ſe tutātur. Ait ei ꝓpheta, perdes oēs ꝗ loquūꝛ
mendaciū. Et in ſapiētia legitur. Os qđ mentiꝛ, occidit
aīam. In ꝓuerbijs quoque inter ſex (q̄ odit de⁹) menda=
ciū cōmemoratur. Et iterū ibi dicitur Abominatio dn̄o
verba mēdacia, nec ab re ꝗdē, quū diaboli inuētū fuerit.
Ideo a Chriſto



Ideo a chriſto pater mēdacij appellaꝛ. Et alię plurię ex=
tant ſacrę ſcripturę authoritates ꝗb⁹ mēdaciū reproba=
tur, vitādūque p̄cipitur & dignū pœna ęterna iudicatur
Ceterū ſicut ī p̄cedēti articulo dictū ē nō tā effuſe at — Mod⁹ cōcordandi ſacras ſcripturas.
que īdiſcrete verba ſcripturę ītelligi oportet, vt alteri ꝑti
dicāt cōtra. Qui vbi aduerſari ſibi īuicē dep̄hēdūtur, di
ſtīctiōe vtēdū ē, q̄ ſit mēti cōſona, hoc āt vel ex rōne vel
ex circūſtātijs, vel ex alijs ſcripturę locis, vel ex verborū
eꝗuocatiōe. Ita cōcine faciēdū ē, vti ne vis inferatur ver
bis, quoad fieri p̄t, aut ſi id vitari neq̄at, nō deſit īterp̄ta=
tiōi rō, vel authoritas q̄ vel literę aplaudat, vel ꝓbabili
argumēto fideles demulceat aures. Primū ꝗdē oſten — Proferuntur authoritates rōnes & exempla pro alia opinione.
do neceſſe eſſe hāc generalē ſcripturæ ꝓpoſitionē mode
rari, quū aduerſus eā, ex ipo ſacræ paginæ volumine. Et
teſtimonia in prōptu ſint, & exēpla ꝓpe īfinita. Ex ꝗb⁹
tn̄ vel pauca collegiſſe ſatis fuerit ī re manifeſta. Ait ei
ſcriptura. Oīs hō mēdax, hoc ſi verū ē. Null⁹ hoc cri
mine īmunis eſſe pōt. Quo igiꝛ pacto mortale pctm̄ erit
qđ null⁹ mortalis vitare poſſit aut ꝗs ſaluabiꝛ: ſi oīs hō — Prima rō
mēdax: Et ꝑdēdi ſūt oēs ꝗ loquūtur mēdaciū. Deinde
vero ſi oē qđ veritate caret, & proinde mēdaciū ē, culpę
mortali aſcribitur. Quis ſc̄tōrum erit ab hoc immunis.
Quippe Abraā mēdax fuit, ꝗ vxorē ſuā ſororē falſo — Exempla veteris teſtamenti.
affirmauit. Iacob quoque ſe Eſau mētit⁹ ē. Et Ioſeph fra
tres ſuos exploratores fixit. Sed & Iudic ſc̄tā mulier mē
dacio Olofernē decepit & occidit. Et egyptię obſtetrices
eo qđ mēdacio pio ipiū regē ludificauerūt, & hebræorū
īfātes ſeruauerūt, deū ſibi ꝓpiciaſſe ſcripꝛa teſtaꝛ. Et de
nique ſi ꝑ oēs diſcurram⁹ iueniem⁹ ab hoc ſcelere mūdū
fuiſſe ſc̄tōrum fere neminē. Nec Valdenſiū reſpon= — Tollitur reſponſio valdenſiū
ſio accōmodari poteſt, dū dicunt legem euangelicā anti
qua lege eſſe puriorē. Qn̄ꝗdē authoritates ꝗb⁹ mēdaciū

 tantopere dā

Authori= tates & te= ſtimonia legis noue ꝑ hac par= te.

tantopere dãnant,ex antiqua lege aſſumãt. ☞ Sed vt eãdem eſſe vtriuſque legis ſententiã oſtendamꝰ,ad nouũ teſtamentũ accedamꝰ,Et ab apoſtolorũ principe incipiamus. Is eni poſt acceptũ ſpiritũ ſanctũ opere mentiebat̃ & ſimulabat ſe a gentiliũ cõuerſatione abſtinere,qua ex re,a Paulo(nec imerito)fuit rep̃henſus. ☞ Quippe mẽdacij genus peſſimũ eſt ſimulatio.

Exemplũ ex Petro.

Nõ eni tã pernicioſũ eſt verbi mendacium,quã facti,quũ ad Ioãnem in apocalip. dixerit angelus. Foris erit oĩs q̃ amat & facit mendacium. Et de his loq̃tur ꝓpheta dũ dicit,Mendaces filij hoim in ſtateris. Hypocritas quoque acrius frequenti uſque inſectatus eſt ſaluator,quã aliud genus hoim vllũ & vitandos prę cęteris denũciauit. Quia aliud facto aut verbo oſtendunt,aliud gerunt in aĩo. Sed & ſi de mendacio verbali exempla requiris.

Ex Paulo

☞ Nõne Paulus, vt mortem vitaret,mendacio eſt vſus dum dixit. Ego de reſurrectione mortuorum iudicor quum re vera,de chriſti religione,nõ de mortuorum reſurrectione cõtentio eſſet Et quum argueretur ſacerdotum principi maledixiſſe, reſpõdit ignoraſſe ſe illum principem ſacerdotum eſſe, quod certe falſum erat. Quopacto enim q̃ de ſacerdotali genere ortum ducebat. Alioquin vir ęgregiꝰ. Et q̃ prius a ſacerdotũ principe literas acceperat vt chriſtianos ꝑſequeretur,potuit ſacerdotum pricipẽ nõ cognoſcere, quẽ vel ex veſtimenti genere,vel ex capitis ornamento, vel ex reuerentia,quã cęteri illi exhibebãt, vnuſq̃ſque etiã nõ iudęꝰ agnoſcere potuiſſet. Nõne & de Ethico dixit. Aĩa eiꝰ in ipſo eſt,quũ tñ mortuum fuiſſe Lucas,q̃ apoſtolorum geſta ſcripſit,affirmat.

De Chri= ſto.

☞ Denique q̃d de diſcipulis diſceptamus,qñ de ipſo veritatis magiſtro,qui ſe etiã veritatẽ appellauit,ſcriptũ inueniamꝰ, quod finxit ſe longiꝰ ire. Et quum a Cananea muliere rogaret̃ ꝓ fi=

liæ ſanitate



liæ ſanitate non ſolũ ſe curare nolle ſimulauit, Verumetiam addidit,nõ ſum miſſus,niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael. Quod vero eſt apertius,quũ a fratribus vrgeretur,vt ad diem feſtũ Hieroſolymã pergeret, quãuis ſe non aſcenſurũ reſponderit, Eo tñ poſtea aſcendiſſe refertur. Et profecto,ſi ad corticẽ verba accipiamꝰ,& deũ & Chriſtum filiũ eius ſępenumero mendacij reos faciamus,quando ea dixerint,q̃ eo ſenſu(quo dicta videntur) falſa fuiſſe cõprobantur. ☞ Verũ enĩuero dei verba nõ ex noſtro iudicio pendent, quin eum quicquã mendaciter dicere(q̃ eſt ipſa veritas)omnem ꝓrſus excedit blaſphemiã.

Dei verba ita ſunt in terp̃tanda ne falſum dixerit.

Si quid igit̃ aliter euenerit(ac ipſe dixerit) nõ eſt a nobis ęſtimãdũ illum ꝑciſe ſic dixiſſe,vti nos intelligimus,ſed vel cõminatorie,quale fuit illud adhuc quadraginta dies,& Niniue ſubuertetur,vel ſub verborũ velamine figuraliter aut miſtice aliq̃d alio ſenſu ꝓtuliſſe quem nos capere nõ poſſumus,eiuſmodi quippe fuit oĩs fere eius doctrina,vt vix a paucis, et his quidem electis intelligeretur. Tale eni eſt,quod dixit. Non eſt mortua puella,ſed dormit. Et alio loco, Lazarꝰ amicꝰ noſter dormit. Mortem eni ſomniũ appellauit. Ex qua velut a ſõno paulopoſt ſurrecturꝰ erat,qui mortuus fuerat. Hęc autem exempli cauſa referre ſufficiat,quũ ſint eius generis pœne infinita.

Non licet hoibus in his q̃ captũ eorum ex= cedunt de um imita= ri.

☞ Quę iccirco ab hoibus non ſunt imitãda,quod ipſe ſupra legem,quũ ſit,& humanum captum eius verba,atque myſteria longe excedant. Non ad imitationem nobis hoc dedit. Sed vt dũ illorũ profunditatẽ admiramur,ĩ ꝑſcrutãdis illis laboremꝰ. Eoque pacto meritũ augeamꝰ,atque ĩ reliq̃s verba legis,& mãdatorũ eiꝰ abſq; vlla equocatiõe,quãtũ nobis poſſibile ẽ, ſeruemꝰ Et quũ aliquid occurrit,q̃d in ſenſu exteriori & literali diſſonãtiã aliquã habere videt̃,ſpũalem ĩtelligentiã ex

 alijs ſcriptu

aliȷs ſcripturæ locis req̃ram⁹. Neque noſtro q̃ dē iudicio
cōfiſi peritiores, quorū apud eccleſiā catholicā fides, at=
que authoritas ꝓbata eſt, cōſulamus. Et deniq; q̇dq̇d a
deo factū dictūque iuenim⁹, ſūma cū rōne & ſapiētia fa
ctum credam⁹. Et noſtrā poti⁹ ībecillitatē fateamur quā
ei⁹ facta, dicta ve arguam⁹. ☞ Itidē & de his ęſtimādum
eſt, quos ei⁹ ſpū ductos fuiſſe nobis cōſtat, quia q̃ ſpū dei
aguntur, nō ſunt ſub lege. Quo ex genere pluria ſunt ho
micidia, ſacrilegia, ſtupra, furta. vrbiūexcidia, mēdacia,
& alia q̃ i veteri teſtamēto legunt̃ a ſāctis viris, deo vel
iubente vel ꝑmittente cōmiſſa. Nō eni ſunt ī cōſequen
tiam iſta deducenda, ſed diuinę diſpenſationi relinquen
da. Et legi nihilominus ad apicē vſque obtemperādum
☞ Neque ſiq̇d, a patribus illis ſanctis ipię, & cōtra legē
factū inuenim⁹, iccirco imitari debem⁹ qđ illos erraſſe
nō ſit veriſimile. Quāuis enī multa eorū facta diuina vo
luntas & diſpēſatio iuſtificet, q̃ eſſent alioquin peſſima.
Multa tñ a plęriſq; inique & cōtra dei voluntatē cōſtat
ab p̄cipuis q̇buſq; fuiſſe cōmiſſa, q̃ nobis non ad exēplū
ſed ad hūanā fragilitatē cōteſtādam ſunt relicta. ☞ Ne
q̇ſquā etiā ſanct⁹ quantacūque ſit dei gratia p̄uentus, de
ſua virtute cōfidat. Propter qđ & apoſtolos oēs, a fide de
ficere ꝑmiſit. Et eū, quem ad cęteros cōfirmandos prici
pem conſtituerat, impudentius cęteris, adiecto etiā ꝑiu=
rio ſe negare. Quę oīa licet prius facta ſint, quam eos ſpi=
rituſſancti gratia ſolidaſſet, nec poſt illam infuſam mor
tali contagione quanquam illorum maculatū fuiſſe cre=
dēdum ſit. ☞ Nō magnopere tñ mirari debem⁹, ſi etiā
poſt acceptū ſpūm ſanctū humana fragilitate lapſi ſunt,
nō quidē in capitalē culpā, ſed venia dignā, quū dixerit
apoſtolus. ſi dixerimus qđ peccatum nō habemus, noſ=
metipſos ſeducim⁹. Et veritas in nobis nō eſt. Propterea

Petri ſimulatio

Ea q̃ ſpā=li lege ab hoibus dei voluntate ſunt fctā nō ſūt imitanda.

Deus etiā ſctōs viros iuſta rōne ꝑmiſit errare.

Quare deus ſctōs viros labi ꝑ miſit.

Apoſtoli poſt acceptū ſpūm ſanctū venialiter peccarunt



Petri ſimulatio reprehenſibilis fuit. Alioquin reprehē
ſio Pauli temeritatis vicio nō caruiſſet, ſi apoſtolorū pri
cipem, abſque rationabili, euidētique culpa corripuiſſet
Sicque fit, vt alterū erraſſe, nec tñ mortale peccatū com
miſiſſe, cōfiteri neceſſe ſit. Idcirco & Pauli ſimulationē
veniali culpa non caruiſſe, ſalua fide dicere poſſumus.
☞ Quis etiam defendi poſſit, abſque vlla tranſgreſſio
ne diuinæ legis verba componere & palleare, ſimulare=
que, aut diſſimulare aliquid licere, vbi .s. eo pacto ſcan=
dalū vitare, aut boni aliquid elicere probabili coniectu
ra ſperamus, dum tamen aperte non mentiamur. Quod
ſane, tametſi latiore ſignificatione mendaciȷ noīe cōti=
neatur a propria tamen, & ſtrictiori repugnat, qua illud
vere mendacium eſt, quo, vel deū contēnim⁹, vel proxi=
mū decipere nitimur. Quū vero offenſionem dei vita=
re, vel proximi ſaluti conſulere hoc pacto ex charitatis
fonte volumus, nō modo mendaciȷ culpa caremus, verū
etiā gratia nobis debetur. Et oīno ſi culpa eſt, leuis qui=
dem & a mortali longe diſtans ęſtimari debet. Et deni=
que talis, quæ in ſanctiſſimo quoque viro ſit toleranda
Et in qua illud diuinū iudicium (quod Valdenſes in cō=
trariam partem adducunt) nō ſit pertimeſcendum. Per=
des omnes qui loquuntur mendaciū. Sed inter ea men=
dacia connumerandum, de quibus idem propheta dicit
Oīs homo mendax, quia .s. nullus eſt a peccato veniali
immunis, ſicut beatus Iacobus teſtatur. ☞ Hoc autem
ita intelligi debere Apoſtoli verba nobis indicant. Ait
enim dum incredulus loqueretur. Eſt autē deus verax,
omnis autem homo mendax, ac ſi aperte diceret. Solus
deus neque fallere, neque falli poteſt. ☞ Omnis autem
homo quatenus homo eſt, & deū & ſeipſum fallit. Eque
enim in opere eſt veritas, ſicut in ore dicente propheta.

 Omnes viæ tuæ

Licet ſine pctō ſimulare & fingere.

Probat̃ authoritate apoſtoli.

Mēdaciū ita ē i ope ſicut i verbo.

Omnes vię tuæ veritas. Et in eccleſiaſtico. Ante omnia depræcare dominum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ioannes quoque apoſtolus dicit. Qui facit veritatem venit ad lucem. Et alibi frequenter inueniet qui ſcripturas legerit. mendacem igitur ꝓpheta eum vocat, qui deuiat a veritate. alioquin nō omnis homo mendax. qui eī vel ętate prohibente, vel organo obtuſo loqui non poſſunt. Quo pacto mendaces erunt, ſi ex verbo mendacium expendamus. Mendax ergo eſt. qui verbo, aut facto veritati aduerſatur. Contra vero, qui animo, rebuſque ipſis veritatem amplectitur quāuis, ſermone mentiri videatur, nō mendax eſt, ſed veritatis amator quēadmodū e cōtrario, qui in lingua veritatē habet, ſi corde mentiatur, is mēdax eſt, & doloſus. ſicut in pſal. legiẜ. Ore ſuo bn̄dicebāt & corde ſuo maledicebant. Et alibi. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe, eſt a me. Propter quod Ioannes apoſtolus dicebat. Filioli mei non diligamus verbo, ſed opere, & veritate, & quæ ibi ſequuntur.

Cōprobatur hęc interpretatio authoritatibus ſacrę ſcripturæ.

☞ Porro hāc interpretationē, ne nobis ſōnio aliquo vel illuſiōe ſuggeſſiſſe fallacem ſpiritum exiſtimes, qui eſt mendacii (vt diximus) pater, & author ex ſacris literis approbamenta proferre curabimus. Quod enim ſcriptura mendacium īprobans de eo intellexerit, quo fallere proximum volumus, non adiuuare, aut malū vitare argumento eſt, quod in prouerbijs legitur, fallax obtemperat labijs mendacibus. Et in leuitico, vbi præceptum hoc a deo traditum legitur. Sic ſtat literę cōtextꝰ, nō mentiemini, nec decipiat vnuſquiſque proximū ſuū, in ꝓuerbijs quoque ſic ſcriptum memini. profert mēdacium doloſus, & verſipellis. Audi & aliud quod & in eccleſiaſtico eſt ſcriptum. Noli amare mendaciū aduerſus fratrem tuū, neque in amicum ſimiliter facias Noli velle

mentiri



mentiri oē mēdaciū. Aſſiduitas enim illiꝰ, nō eſt bona.

Quare mēdaciū gn̄aliter ꝓhibetur.

☞ Ecce quā artificioſe primū dānat mēdaciū, qđ amatur, ad decipiēdū ꝓximū, vel amicū. Per id enī qđ dicit Noli amare mēdaciū, Excludit illud, qđ ex neceſſitate ꝓferẜ. Et ꝑ id qđ dicit aduerſus ꝓximū, illud qđ, vel illi ꝓdeſt, vel oīno neminē ledit. Poſtea vero generali ſermone mēdaciū oē vitare iubet, dū dicit, nolli velle mētiri. Sed nō ab re adiecit verbū velle, ꝑ quod volūtariū, & deliberatū mēdaciū, circūſcribere voluit. Neque hoc cōtentꝰ rōne adiecit. Quia ſcilicet aſſiduitas illiꝰ nō ē bona ac ſi diceret. Q̄uis malū non eſſet ꝑ ſeſe, aſſiduitate tn̄ fit malū. Quia difficile ē in multis mēdacijs nō peccare Sicut & quū iuramētū eadē ſapiētia vetuit. Primū dixit iurationi nō aſſueſcas, poſt hoc adiecit. Vir multū iurās replebiẜ iniq̄tate. Hāc vero aſſiduitatē maxime in mendacio reꝑhēdi, alio quoque loco, idē ꝓpheta declarat dū in eccleſiaſtico. dicit. Potior ē fur quā aſſiduitas viri mēdacis. Qua rōne in ſuperioribꝰ oſteſum eſt, diuicias iprobari, & ſi ꝑ ſe nō ſint male.

Quod mēdacium ex corde non ex verbis iudicatur.

☞ Qđ autē ex cordis malicia. nō ex ſermone mēdaciū reprobeẜ, Eſayę verba ſatis aperte demōſtrant. Ait enī cōcepimꝰ, & locuti ſumus de corde verba mendacij. Prius enī cōceptū ponit, ex corde ꝓuenientē. Ex quo locutio ſubſequens fit ꝓculdubio vicioſa. Alio inſuꝑ loco ſic ait, locuti ſumus de corde verba mendacij.

Conuincuntur valden. ſibi cōtrarij ex alio arte ſuę ſectæ.

☞ Tot igiẜ rōnibus & ſacræ ſcripturę teſtimonijs denudatū errorē tuum Valdenſis agnoſce, Et nihilo tn̄ minꝰ, Si periculū times, ab oī prorſus mēdacio abſtine. Sed ab eo ꝓ̄ſertim in quo pernicioſe erras, quū. ſ. de tua fide & religione interrogaris, in quo tā obſtinate mentiris, vt irremiſſibile crimen reputes ſectā tuā, & eiꝰ aſſertores palā facere. Qua impietate q̄d pōt eſſe dementius, vt in re oī etiā leuiſſima mendacium mortali culpę

 aſcribatur

aſcribatur. Fidei autē veritatē (ita enī credis) manifeſta re nō modo pctm̄ iudices, Sed oīm peccatorū maximū quodque expiari nulla ratiōe poſſit aduerſus quā aſſertionē, vide quū dixerit Petrus apoſtolus. Si exprobramini in noīe Chriſti (inquit) beati eritis, qm̄ hoc eſt honoris gloriȩ & virtutis dei. Nemo autē veſtrū patiatur, qua ſi homicida aut fur, aut maledictus, aut alienorū appetitor, ſi autē vt chriſtianus, nō erubeſcat, glorificet autem deū in iſto noīe, qm̄ tēpus eſt vt incipiat iudiciū a domo dei, in hoc itaque, vt in ſuperioribus quoque oſtendim⁹ inexcuſabili argumento ſectæ ſuæ errorem atque impietatem detegunt.

☞ ALIVS ARTICVLVS VALDENSIum quo dicunt oē homicidiū eſſe pctm̄ mortale.

HI FERME SVNT QVI AD NOſtram noticiā deuenerunt, huius ſectȩ & hȩreſis improbate errores. Nā qđ oē homicidiū mortale peccatum eſſe affirmant, non magnopere ad fidem ptinet Neq; ipi tā late defendāt, vt nō aliqua excuſēt, q̄ s. ex rōnabili cā lege aliqua ad publicā vidictā ſūt pmiſſa, ſatiſque illis foret, vt i eos ob hȩreſim hāc corpali poena ſȩcularis ptās nō aīaduerteret. Igit̄ ſupiores errores cū futaſſe ſatis, ſupq; fuerit, quāuis & alios plurios eſſe non dubitem⁹. ☞ Quippe vt initio dixim⁹ q̄ tāta tāque impudenti temeritate interpretationē ſacrȩ ſcripturæ ſibi arrogant, in ſingulis quotidie errabunt, vt eſt ipſius ſcripturæ ſenſus magna ex parte, vel ambiguus vel occultus ita vt niſi magna circunſpectione diligentique perſcrutatione, & pia etiam mentis intentione requiratur ab his quoque, q̄ maximā in ſacris literis, & in theologia peritiam profitentur, ȩgre deprehendi poſſit. Et in eo peritiſſimi, ſapientiſſimique ſæpe diſſident, tam et ſi in

his, quæ ad ſalu

Oſtendit̄ quam facile poſſit errari in intellectu ſacrȩ ſcripturæ.



his quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, Omnes quos eccleſia recipit, tam grȩci, quam latini cōueniant. Et in ſumma ad omnes hos errores, totamque ſimul ſectam euertendam, reprobādamque hoc vnum ſatis eſſe deberet quod omnes ſancti doctores, a quibus verȩ fidei, & intemeratȩ religionis dogmata ad nos peruenerūt, tā greci quā latini hāc doctrinā, fidēque ſūt cōplexi, noſtrȩq; ſentētiȩ quum in reliquis, tum vero in his q̄ ad eccleſiæ catholicȩ vnitatē, authoritatēque ptinent, vno ore ſubſcripſerūt. Quātȩ igitur temeritatis, & inſaniȩ eſt vnius obſcuriſſimi hoīs nullius, neque noctrinæ, neque ingenij, neque quod oſtendi poſſit, argumēto aliquo probabili ſanctitatis cōmēta, tot eruditiſſimorū virorū ſcriptis, tanta ſciētiarū oīm peritia prȩditis, & ſacrarū ip̄rimis literarū intelligentia ſublimatis anteferre, q̄ ea paſſim oēs non ſolū iprobarūt, verūetiā cōtēpſerūt, & merito quidē, nihil ei vel author ipſe hȩreſeos hui⁹, vel aſſectator quiſq̄ ſcriptū reliquit, aut p̄clare egit, ex quo vel illuminatus dici poſſit diuina reuelatione ad ſenſū ſcripturȩ aperiendū, vel ſpiritu phetiȩ aut vlla ſanitatū, & virtutū gratia inſignitus, aut in humanis diſciplinis, vel mediocriter erudit⁹, ita vt ſi illorū ſcripta noſtrorū ſcriptis cōtuleris, tāta erit pculdubio oī ex pte diſparitas, quāta inter ſolis, & exiguȩ lucernȩ lumē. qui ſi quis eorū aliqua ex ſacris ſcripturis ad ſuȩ aſſertionis cōfirmationē attulit, aut philoſophorū, vel theologorū argutijs eſt vſus, hæc tm̄ ad errores iſtos ptinēt, in cȩteris vero ſacræ ſcripturȩ articulis nullā ſe hi pditi hoīes ſciētiā habere pfitentur neque nobiſcū cōtēdūt. ſed eccleſiȩ fidē ſequūtur. neq; de his ipſis eorū hȩreſib⁹ i aptū certamē prodire audēt Verū quū a nobis rationib⁹, authoritateq; ſacrȩ ſcripturȩ vrgētur in ātrū ſuȩ cœcitatis, & ignorātiȩ ſe retrudūt

Nequ

Alia euidēs rō ex authoritate & multitudīe recte credentiū, & paucitate, vel cōditione hæreticorum.

Neque illatebrari ſe vllo pacto permittunt. Hęc ei vna
eorū eſt rn̄ſio ſeu veri⁹ euaſio, ſe ſimplicitate fidei, puri
tate cōſciētiæ, & itegritate vitæ, nō philoſophicis argu
tijs, aut theologicis ſubtilitatib⁹ ſu pare velle. ☞ Verū
vt hæc ita ſint, qua ratione in reliquis fidei articulis Ori
genis, Baſilij, Chriſoſtomi, Nazanceni, cæterorumque
græcorū, & ex noſtris, Hylarij, Hieronimi, Ambroſij,
Auguſtini, aliorūque latinorū interp̄tatiōes, & dogma=
ta recipiūt, vt & i his nō accipiāt, quos manifeſtū eſt ex
eorūq; ſcriptis fit pſpicuū, & igenio, & doctrina, & ſan=
ctitate excelluiſſe, profecto nulla reddi ab his imperitis
beluis rō alia pōt, quā pexcecauit eos cupiditas, & ābitio
voluptaſq; nimia, q̄ vt ſuperi⁹ diximus, erroribus his fa=
cile in gēte rudi, & indocta præbuere aditū. ☞ Qui igi
tur in ſacræ ſcripturæ intelligētia plus illis ignotis agre
ſtibus, iperitiſſimiſque hoībus quā tot eruditiſſimis pro
batiſſimiſq; viris tribuūt, multo certe magis mēte ſunt
capti, quā qui ruſticū potius q̄ iurecōſultum de iure ciui
li cōſulunt, aut de re ruſtica theologum. Et proinde ab
hoc hęreſis crimine excuſari poteſt nemo, quando & nu
mero, & dignitate, & ſcientia, & grauitate, atque prudē=
tia, & miraculis aſſectatorū, & inſup rōibus, argumētis,
ſacrę ſcripturæ *teſtimonijs*, & denique rebus oībus illis
ſumus abſque vlla cōparatione potiores. ☞ Neque mi=
rari oportet ſi ad horū errorū tutamentū multa nōnun
quā ex his plęrique cōgerunt, q̄ docte, & igenioſe dicta
prima ſpecie videantur. & ex temporanea reſponſione
haud facile vel a peritis theologis diſſolui poſſunt. Eſt
eni hoc natura experimentoque cōpertū vt q̄ tota mēte
omnibuſque neruis, vni tantum rei incumbit, tametſi
alioquin craſſo, & obtuſo ſit ingenio. In ea tamen re
præſtantiſſimo cuique, & vndecumque doctiſſimo viro
præſtet

Alia rōne confundit̃ hæc ſecta quia i reliquis ecclię credūt quā in ijs negant.

Oñdit̃ oēs q̄ hanc ſectā tenent eſſe inexcuſabiles.

Oñdit̃ nō eſſe mirandum ſi aliquibus eti am pitis errores ſuos pſuadent.



pręſtet (vtpote) qui Chiruegię artem longa exercitatio=
ne didicit cōſumatiſſimo phiſico in curādo valuere erit
potior, atq; ſecurior. Sicut & latomus architecturæ ar=
tis perito quippe quicquid ex tota philoſophia, & ma=
gia ad artem illam confert, hi qui de hac particulari ſcri
pſerunt congeſſere. Qui vero vniuerſis philoſophię par
tibus incumbit., hanc velut minimam, & pœne abiectā
leui curſu pertranſit. Ita profecto & his contingit nem=
pe certos ex omni ſcriptura locos in ſuam oppinionem
explorarunt, quos quum apud vulgares enunciant veri
imagine facile capiuntur. Quin & peritioribus obie=
cti muſitantes illos primo congreſſu reddunt, nec niſi re
uolutis cartis dilucide refelli queunt. Quod vbi conti=
gerit, tū ſe viciſſe apud ſuos gloriantur, nec ad pugnam
poſtera die redeunt, neque argumentationibus in aduer=
ſum factis reſpondent, quaſi nullam ipſi de ſua hæreſi
nos de ſingulis noſtræ fidei articulis rationem reddere
teneamur. ☞ Denique (vt finem imponamus operi)
vos, o ſimplices, & ignari literarum, quicumque ab his
barbis, & hæreticis decepti eſtis per omnipotentis Dei
virtutem, & meritum incarnationis, & paſſionis redem
ptoris noſtri Ieſu Chriſti, & per ſalutem animarum ve=
ſtrarū hortamur, & obſecramus, vt ab iſtis falſis prophe
tis caueatis, qui (vt in ſuperioribus oſtendimus) ſub ſpe=
cie pauptatis, & ſimplicitatis veniūt ad vos in veſtimē
tis ouiū, intrinſecus aūt ſunt lupi rapaces, pleni. s. omni
dolo, & fallacia, ad illaqueandas falſa, & reproba doctri
na animas veſtras, & de illis dictum eſtimetis, quod ſal=
uator, phariſeis & ſcribis improperans, dixit. Veh vobis
hypocritę, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ
foris parent hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena
oſſibus mortuorū, & oi ſpurcitia. Sic & vos a foris quidē
paretis hominibus

Exhortatio efficax ad valdeñ.

paretis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis hypocri
ſi, & iniquitate. Item & illud quod apoſtolorũ princeps
ait. Fuerunt vero pſeudo prophetę in populo, ſicut & in
vobis erũt, magiſtri mendaces, & qui introducent ſectã
perditionis, & quę ibi ſequuntur. & rurſus chariſſim⁹ fra
ter noſter Paul⁹ ſecũdũ datã ſibi ſapiẽtiã ſcripſit de his
in quibus ſunt quędã difficilia intellectu, quę idocti, &
inſtabiles deprauant, ſicut & cęteras ſcripturas, ad ſuam
ipſorum perditionem. Et paulus ad Thimot. Rogaui
te, vt denunciares quibuſdam, ne aliter docerent, neque
intenderent fabulis, & genealogijs, quæ queſtiones præ-
ſtant magis quam ædificationem dei. Et paulo infra, a
quibus ꝗdã aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquiũ vo-
lentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neque quæ
loquuntur, neque de quibus affirmant. Ecce quã aperte
hos ꝑditos barbas ſuis depinxit coloribus, ꝗppe qui nul-
lã habentes ſcripturarũ diuinarũ, humanarũve peritiã,
queſtiones curioſas ingerere, & nouas doctrinas ĩtrodu-
cere p̃ſumũt, nihil eorũ q̃ vel p̃dicãt, vel docent, vel diſ
ſputãt ĩtelligẽtes. Et genealogias quaſdã cõfingũt illi⁹
.s. Leonis qui nunquã fuit, a quo tempore cõſtantini ma
gni ſectã hãc (vt p̃diximus) initiũ habuiſſe, & alios illi
per tempora ſucceſſiſſe mentiuntur, de quibus quaſi ſa-
thane miniſtris hæc quæ retulimus prenunciata ſunt.

Aptantur alia verba ſacræ ſcri ꝑturæ ad ſimplices hoĩes hui⁹ ſectæ.

☞ Ad vos vero qui tales miniſtros ignorantia, & obſti-
natione execatos cęteros pariter cœcos in ĩteritũ ſecũ tra
hentes ſectamini, illud ꝑtinet, quod alio loco ad eundẽ
ſcribens apoſtol⁹ ĩ hæc verba locut⁹ eſt. Erit eni tempus
quũ ſanã doctrinã non ſubſtinebunt, ſed ad ſua deſideria
coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus, & a verita
te ꝗdem auditũ auertent, ad fabulas aũt cõuertẽtur, hæc
ille q̃ ſane haud ſcio an ad alios vllos hæreticos ꝑtinẽti⁹
dici potuiſſent.



dici potuiſſent. Hęc eni ſecta (vt ab initio oſtẽdimus)
iuxta deſideria veſtra eſt adiuẽta, atque ſtabilita, fabulas
& ſõnia authorum cõtinens, & omnem verum ſcripturę
ſenſum, a ſacris doctoribus traditum nõ ſuſtinẽs, ſed va
nas quaſdã interpretatiões, quæ pria ſpecie aures demul
cent ſuggerens.

Policitur veniam & hortatur ad illam petendam

☞ Itaque filioli chariſſimi: quos in vi-
ſceribus cordis gerimus, aperite tandem oculos ĩtellect⁹
& cognoſcite perfidiã, atque fallaciã horũ pſeudo ſacer-
dotũ, qui vos ĩ hũc diẽ venenatis ianibus verbis ſeduxe-
runt, & a caula dñi q̃ eſt ſacroſãcta Romana eccleſia abi
gẽtes ad deſertum erroris, & ĩpietatis aberrare fecerunt,
parati eni ſumus relictis nonagintanouem ouibus, id eſt
cæteris fidelibus, quibus indigni pręſidemus relictis ad
perquirendos vos. qui vix vnã ex centũ in grege noſtro
conſtitutis, deuiaque montium veſtrorum percurrere do
nec vos contritos corde, & ad gregẽ chriſti redire ꝑatos
inueniamus. Et inuentos ſuꝑ humeros noſtrę fidei (ſi ꝑ
vos licebit) referamus, vt dũ hęc fecerim⁹ gaudiũ fit in
cœlo ãgelis ſãctiſq; oibus, ꝗ ſicut ſaluator dicit ſuꝑ vno
peccatore pœnitentiã agente, gaudeut vehemẽter, ſit &
in noſtra, atq; vniuerſali eccleſia tripudiũ. & exultatio
de qua Eſay. ſuper Hieruſalẽ. i. populũ dei cõuerſũ ceci
nit dicens. Letamini cũ hieruſalẽ, & exultate ĩ ea oẽs qui
diligitis eam, gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui luge-
tis ſuper eam & replemini ab vbere conſolationis eius.
&c. Ego quoque inſtar boni patris vos, ceu filios prodi-
gos ad me diſſipato patrimonio reuertẽtes oĩ cũ charita
te, & leticia ſuſcipiam, & ſtolam primã innocentiæ pro-
feram. atque anulo rectę fidei vos ſubarrabo. Sed & vi-
tulum ſaginatũ doctrinæ, & gratię pręſtante deo, ad ve-
ſtram refectionem mactabo. Sacrificium. s. laudis ſacri
corporis chriſti, ꝗ pro toti⁹ hũani gñis ſalute crucifix⁹
eſt offerendo

eſt offerendo. Pſalteriumque & ſymphoniam in eccle-
ſia & dioce. noſtra reſonare faciam in laudem. S. omni-
potentis dei quibus nobis perſuadentibus quum præiſ-
ſetis ad vitam reuocauerit vt ſit. S. laus eius in eccleſia
ſanctorũ, eoque pacto fiet vnũ ouile & vn9 paſtor. Ego
que deinceps ſuper vos ero vigilãs, ne vel in errores pri-
ſtinos recidatis, vel vobis in fide præſtãtibus, inquiſito-
res, officiarij ve ſpũales aut temporales ſint moleſti. Sed
mente & corpore ſecuri, in vera pace & quiete, ſic in hoc
ſæculo viuatis, vt ad æternã beatitudinem peruenire va
leatis. Teſtis eſt eni mihi de9 (vt apoſtoli ſermone vtar)
quõ cupiam vos omnes eſſe in viſceribus Iheſu Chriſti.
Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac magis abundet in
omni ſcientia, & in omni ſenſu, vt probetis potiora, & ſi
tis ſinceres & ſine offenſa. In diẽ Chriſti repleti fructu
iuſticiæ, per Iheſum Chriſtum in gloriam & laudem
dei. ☞ Neque vero ad imperitum dumtaxat vulgus hęc
nos loqui, & miſericordiam policeri quis arbitretur. Sed
ſi qui ſint Barbæ, & ſectæ huius doctores & hęreſiarchę
hos quoque cum apoſtolo paterna pietate hortamur, ne
plus ſapere velint, quam ſapere oporteat, ſed ad ſobrieta-
tem ſapere ſatis putent, & cum vniuerſo orbe in vna fi-
de, & credulitate ambulare ſati9 iudicent, quam ſoli a to-
ta eccleſia deuiare, nec inuiti adeo, prudentiæ ſuæ, & ſa-
pientes apud ſemetipſos eſſe velint, ſicut ſapientia mo-
net, vt tot ſapientiſſimorum, doctiſſimorumque virorũ
iudicium non anteponant ſuo. Sed doctrinę Pauli aſſen
tientes, vnanimes, vno ore, honorificemus deum omni-
potentem, qui in trinitate perfecta viuit, & regnat, in ſæ
cula ſæculorum. AMEN.

Offert etiam barbis miſericordiam.

Parriſijs M.D.XX.